This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

751u
L686

UC-NRLF

$B 253 165

Digitized by Google



751u
L686

Digitized by Google

OTTO HARRASSOWITZ
BUCHHANDLUNG
LEIPZIG

Digitized by Google

Digitized by Google

UNIV. OF CALIFORNIA

DE

PLUTARCHI IN GALBA ET OTHONE FONTIBUS.

DISSERTATIO INAUGURALIS
QUAM
AD MAGISTRI HONORES
AB AMPLISSIMO
ORDINE HISTORICORUM ET PHILOLOGORUM
DORPATENSIUM
RITE IMPETRANDOS
SCRIPSIT
ET
A. D. VII. KAL. OCTOBRES PUBLICE DEFENDET

JOSEPHUS LEZIUS
LIVONUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:
MAG. E. DE STERN. — PROF. DR. G. HOERSCHELMANN.
PROF. DR. L. MENDELSSOHN.

DORPATI LIVONORUM.
TYPIS SCHNAKENBURGII.
MDCCCLXXXIV.

Digitized by Google

UNIV. OF CALIFORNIA

Ex decreto ordinis Historicorum et Philologorum publicatum.
Dorpati d. XVII m. Aug. a. MDCCCLXXXIV.

Dr. **G. Hoerschelmann,**
h. t. decanus.

Nr. 64.

Digitized by Google

UNIV. OF CALIFORNIA

Accurate definiri, quae intercedat ratio inter Taciti hist. I—II, 50 et Plutarchi vitas Galbae et Othonis, unius cuiusque, qui in veterum scriptorum *fontibus* indagandis versatur, plurimum interest. Totum enim de illis duobus auctoribus iudicium ex hac magnam partem pendet quaestione. Atque Tacitus quidem quaerendum est utrum habendus sit historicus, qui diversis auctorum relationibus perpensis suo iudicio et peculiari dicendi genere res gestas enarraverit, an libri eius nihil aliud sint nisi antiquioris alicuius scriptoris opus denuo quasi editum, satis inconditum et impolitum, ne dicendi quidem genere proprio compositum. Plutarchus quoque qua ratione usus sit in vitis conscribendis, re illa disquisita facile cognoscimus. Qua re cum antea tum proximis his annis homines docti in hanc causam diligenter inquisiverunt diversissimaque proposuerunt. Itaque vereor, ne audaciae crimen subeam, quod rem saepe iam tractatam, quam multi absolutam putant, iterum retractare audeo, praesertim cum homines omnium doctissimi maxima fiducia

498607

Digitized by Google

iudicium de ea fecerint. Sed dum sub iudice lis est et sententiae prolatae vehementer inter se repugnant, licebit rem gravissimam iterum atque iterum perscrutari, ut tandem aliquid efficiatur, quod recipiant omnes, quorum iudicium aliquid valet. Ac fortasse continget mihi, ut pauca tribuam ad unam ex sententiis firmandam, quanquam sententia ipsa iam dudum prolata est neque disputatiuncula mea quicquam eruitur, quod novitatis gloria niteat.

Sed antequam rem adgredior, quae adhuc proposita sunt paucis complectar. Primus autem causam attigit Heeren[1], qui, etiamsi pauca Plutarchum a Tacito sumpsisse concedit — id quod propter summam scriptorum consensum negari non potuit —, tamen illum pleraque ipsum quaerendo conlegisse contendit. Heerenii aetate quae coepta est tractari fontium ratio, haec posteris demum temporibus exculta est disciplina. Omnes igitur posteri una et consentiente voce similitudinem illam tantam esse professi sunt, ut res brevi manu non possit absolvi, scriptores autem sine dubio artius cohaerere.

Atque Hirzel[2] primus utrumque scriptorem eodem fonte usum esse dixit et acta diurna populi Romani hunc fontem fuisse putavit. Quae sententia

1) Heeren „de fontibus et auctoritate vitarum parallelarum Plutarchi“ Gottingae 1820.

2) Hirzel „comparatio eorum, quae de imperatoribus Galba et Othone relata legimus apud Tacitum, Suetonium, Plutarchum, Dionem C. etc.“ Stuttgart 18 51. Libellus mihi praesto non fuit.

Digitized by Google

iam diu refutata et abiecta est. Idem accidit Wiedemanno [1]), qui, cum argumentis nequaquam certis nisus Tacitum in Galba Plinium, Plutarchum Plinium et Cluvium, Suetonium unum Cluvium adhibuisse, in Othone vero omnes tres solum Plinium secutos esse existimaret, rem effecit miram et valde contortam. Et propterea tantum Wiedemannus commemorandus est, quod primus Plinii historiarum rationem habuit ut fontis non neglegendi. Item oblivione obruta est dissertatio A. Schmidtii [2]), qui consensum ita explicare vult, ut tribus illis scriptoribus non unum sed complures et eosdem fontes fuisse opinetur, quae explicatio parum probabilis est. Hermannus Peter [3]) ad Hirzelii doctrinam rediit. Consensum Taciti et Plutarchi tantum esse docet, ut communis fons sit statuendus, et, quia interdum alter ab altero discrepet vel aliquid exhibeat, quod apud alterum desideretur, alterum altero usum esse negat. Communem autem fontem Cluvium Rufum fuisse sine ulla dubitatione adfirmat. Qua in re Mommsenium [4]) habuit successorem, qui Cluvium fuisse communem auctorem

1) Wiedemann „de Tacito, Suetonio, Plutarcho, Cassio Dione scriptoribus imperatorum Galbae et Othonis" diss. Berolini 1857.

2) A. Schmidt „de quibusdam auctoribus Romanis, quos in describendis rebus ann. 68 et 69 p. Ch. gestis Tacitus, Plutarchus, Suetonius secuti sunt etc." Jenae 1860.

3) H. Peter „die Quellen Plutarchs in den Biographien der Römer". Halle 1865 p. 28—44.

4) Mommsen „Cornelius Tacitus u. Cluvius Rufus" Hermes IV p. 295—325. Ubi nullo loco adscripto Mommsenium nomino, hanc intellego commentationem.

Digitized by Google

tam certo contendit, ut argumentis opus esse neget ad sententiam comprobandam. Eadem est ratio Nissenii[1]). Quam ipse posuit legem, in ea perseverans Tacitum a Plutarcho expressum esse ob discrepantiam negat. Itaque nihil relinqui, nisi ut utrumque eidem fonti se applicasse statuamus, quem alteruter diligentius exscripserit, atque ita explicandum esse, quod modo hic modo ille accuratiorem praebeat narrationem. Eo tantum differt a Petero et Mommsenio, quod communem fontem Plinii historias fuisse putat, quam coniecturam magna sagacitate magnaque cum diligentia firmare conatur. Sed hoc minoris est momenti. Peter, Mommsen, Nissen adhuc utrumque scriptorem eodem auctore usum esse adfirmant. Post nemo eorum, qui in rem gravissimam inquisiverunt, idem protulit.

Sententia diversa, qua Plutarchus Tacitum exscripserit, — cum Nipperdeium[2]), qui adnotatione rem absolvit, omittere possimus — a Clasonio[3]) primo defensa est. Compositis omnibus qui congruant locis quid intersit inter utriusque scriptoris relationem considerat et perpaucos esse locos Plutarcheos invenit,

---

1) Nissen „die Historien des älteren Plinius“ Mus. Rhen. XXVI p. 497—548. Dissertatio Dickmanni „Num de ratione, quae inter Tac. et Plin. hist. intercedat, recte Nissenius iudicaverit quaeritur etc.“ diss. Rost. Hannoverae mihi ad manus non fuit.

2) Cornelius Tacitus erklärt von K. Nipperdey ed. VII. Berlin 1879 praef. p. 28, adn. 1.

3) Octavius Clason „Plutarch und Tacitus“ Berlin 1870 et „Tacitus und Sueton“ Breslau 1870. Illum libellum intellego, ubi de Clasonio ago nullo indice adscripto.

Digitized by Google

quibus aliquid referatur, quod non exstet apud Tacitum. Minimam igitur Plutarchi partem non pendere a Tacito, atque locos esse eos demonstrat, qui facile ex aliis fontibus oriri potuerint. Atque cum Tacitum tam turpiter alium scriptorem exscripsisse neget, Plutarchum paene totum argumentum a Tacito sumpsisse arbitratur. Eandem viam ingressus est Rudolfus Lange [1]). Sententiis, quae adhuc propositae sunt, enumeratis omnes adversarios ab Hirzelio usque ad Nissenium repellere et Clasonii sententiam novis argumentis firmare studet. Sed parum commode rem mihi videtur adgressus esse, cum paucis locis e medio prolatis nimis universe disserit neque omnes locos, qui huc spectant, explicare studet. Idem efficit Ludovicus Krauss [2]), qui multo accuratius Langio rem tractavit. Nuper de parte eius luculentissime egit Johannes Gerstenecker [3]). Aliquot locis diligenter explicatis evincere conatur, Plutarchum, cuius narratio multo ieiunior sit et saepissime mirum quantum cum Tacito consonet, hunc ipsum in fontibus adhibuisse.

Hanc sententiam, quae in perpetuum relegata videbatur, quanquam apparet paulatim gliscere latius-

---

1) R. Lange „de Tacito Plutarchi auctore." diss. Halis Sax. 1880. cf. H. Haupt „phil. Rundschau" 1881 fasc. 30 pag. 954.

2) Ludwig Krauss „de vitarum imperatoris Othonis fide quaestiones" progr. Bipont. 1880. cf. H. Haupt „ph. R." 1881 fasc. 8. p. 258.

3) J. Gerstenecker „der Krieg des Otho und Vitellius in Italien im Jahre 69." Progr. München 1882. cf. Schiller Burs X. Bd. XXXII p. 521.

Digitized by Google

que serpere, tamen tantum abest, ut ab omnibus probetur, ut usque ad hunc diem non defuerint, qui eam ne dignam quidem putarent, quae refutaretur, sed a contrario velut fundamento certissimo proficiscerentur. Quod de Sickelio [1]) valet, qui p. 11 dicit „Argumentis nihil dubii relinquentibus . . . viri docti comprobarunt, consensum illum manifestum eorum, quae prioribus historiarum libris Tacitus referret, cum vitis Galbae et Othonis a Plutarcho descriptis eo effectum esse, quod ex eodem fonte partem maximam hauserunt; discrepantiam exstitisse, cum et alter altero diligentius auctorem communem transscripserit et alios praeterea auctores Tacitus adhibuerit etc.“ Eodem modo Beckurts [2]), cum quae sit fontium ratio ad res Vitellii pertinentium quaerit, scriptores pro certo habet maiorem partem ex uno eodemque fonte petivisse, quem suo quisque iudicio usus esset, ita ut excepto Cassio Dione nemo usquam ab alio penderet [3]). Hermannus quoque Schiller [4]), quam olim professus est senten-

1) Guilelmus Sickel „de fontibus a Cassio Dione in conscribendis rebus inde a Tiberio usque ad mortem Vitellii adhibitis“ diss. Gottingae 1876.

2) Ferdinand Beckurts „zur Quellenkritik des Tacitus, Sueton und Cassius Dio: das Vierkaiserjahr“ Braunschweig 1880.

3) cf. Beckurts p. 2 et ibid. adn. 1, ubi plane Mommsenii argumenta repetit, cum apud Plutarchum multa inveniri dicit, quae apud Tacitum desiderentur sed tam arte cohaerant cum cetere narratione, ut ea ex alio fonte inserata esse cogitari nequeat. cf. Mommsen p. 315.

4) Schiller „Geschichte des römischen Kaiserreichs unter der Regierung des Nero“ Berlin 1872. p. 23.

Digitized by Google

tiam, adhuc tenet [1]), atque in dissertatione modo edita Sickinger [2]) sine ulla dubitatione Mommsenium et Nissenium sequitur, itemque H. Haupt l. l., ubi de Langii et Kraussii disputationibus agit, num illi probabile quid proposuerint valde dubitat [3]).

Itaque non abs re videtur rem desperatam iterum retractare, et si mihi contingat, ut vel paucissimis scrupulum eximam, quo illos deserere prohibentur, me operae non paenitebit. Atque, ne longior fiat commentatio, Suetonio Cassioque Dione neglectis in solis versabor Tacito et Plutarcho. Id unum adnotaverim, homines doctos ex Suetonio quidem plus, quam par est, extricare studuisse; nam, si prodigia, fabulas, narratiunculas omittimus, ipsa narratio remanet tam ieiuna, ut cum rerum scriptoris vix sit comparanda, neque multum inde possit concludi. Itaque, cum Plutarchum a Tacito exscriptum esse incredibile sit, quaeritur, utrum Tacito Plutarchus an uterque usus sit eodem fonte. Hoc si efficitur, minoris momenti est quaerere, utrum Plinius an Cluvius an alius quis sit auctor communis.

---

1) cf. Burs. X. tom. XXXII. p. 521 et 522, ubi te Gerstenckeri programmate agit et facilius omnia explicari dicit, si communem fontem statuamus.

2) Sickinger „de linguae Latinae apud Plutarchum et reliquiis et vestigiis" diss. Friburgi Brisgaviae 1883. p. 85.

3) Commentatio mea cum iam typis exprimeretur, a librario dissertationem accepi, quam scripsit Max Puhl „De Othone et Vitellio imperatoribus" Halis Sax 1883, qui et ipse, quanquam nova non adfert argumenta, fontem statuit communem.

Digitized by Google

Jam vero, ut quid ego sentiam paucis complectar, me quoque in eorum numero esse confiteor, qui Mommsenium et Nissenium impugnant, non quod virorum de antiquitatis studiis optime meritorum gloriae obtrectare velim, sed quia eos re vera errasse puto. Plane igitur tironum partibus me applico, consolaturque me et sustentat, quod unum quidem ex criticae artis luminibus consentientem habemus, Nipperdeium. Wölflin [1]) quoque a nostra est parte et, ubicumque causam attingit, illis repugnat.

Nunc ad rem ipsam transeam. Ac primum quidem quae in universum obici possunt Taciti obtrectatoribus, adlata iam sunt [2]). Haec, quanquam non multum valent — cum ab iis videantur profecta esse, qui opinione praeiudicata ducantur — tamen non sunt despernenda. Vel per se veri simile non est, duos scriptores diversos tam saepe ex eodem fonte idem ita sumpsisse, ut non modo argumentum, sed etiam elocutio [3]) congruat. Cogitandum esset, utrumque scriptorem fontem communem non retractasse aut emendasse, sed vel levissimis in rebus religiosissime secutum esse. Tacitus non esset dicendi artifex et scriptor perfectus, si cum Mommsenio [4]) contenderemus, sen-

---

1) cf. Burs. Jahresbericht 1876. II. p. 774 et 1879. II. p. 250. Ranke Weltgesch. III, 2, 285—288 nihil certi praebet.

2) Velut a Clasonio „Plut. u. Tac.“ p. 20—21 et a Langio l. l. passim, imprimis p. 48 sq.

3) Mommsen p. 312 sq.

4) Mommsen p. 315.

Digitized by Google

tentias celeberrimas, quippe quae iisdem verbis apud Plutarchum quoque invenirentur, ex communi fonte petitas esse. Sane Mommsen hoc artioribus finibus circumscribere studet multasque alias sententias aeque inclutas ipsi Tacito vindicat; sed si vel paucis locis Tacitum furem esse ostendimus, omnes eius libri summa legendi sunt cum suspicione, nec quo modo fieri possit intellegamus, ut in una quaque pagina morum eius acerbitas animique severitas cernatur. A Clasonio vero et Langio [1]) significatum iam est, quo modo Tacitus fonte publico usus sit, oratione imperatoris Claudii de Gallorum iure honorum, quam adeo mutavit, ut novam fecerit orationem; unde iusto iure de aliis locis licet concludi.

Deinde, nisi certissimis argumentis rem aliter se habere demonstratur, dubitandum erit, num Tacitus alius scriptoris verba in fonte suo laudata transscripserit. Neque quisquam comprobavit, omnes locos a Tacito citatos iam in fonte citatos exstitisse et inde exscriptos esse. Ne Nissen [2]) quidem Tacitum eos locos, ubi auctorem nominet, iam adlatos invenisse adfirmare audet, sed auctores nominatim laudatos Tacito praesto fuisse contendit et hanc legem recte adicit, nisi contrarium ostendatur, omnino esse statuendam. Sed omnes ceteros locos, ubi mentio fit fontium, quibus Tacitus usus esse videatur — qui

---

1) Clason p. 21. „Tac. u. Suet" p. 116. Lange p. 55.
2) Nissen p. 528.

Digitized by Google

satis multi occurrunt et a Nissenio[1]) ipso conlecti sunt —, omnes formulas velut *inter omnes auctores constat* vel *celeberrimos auctores habeo* etc fonti tribuit, fonti illi egregio et insuperabili, divo Plinio. Negat enim, antiquos scriptores per totum opus complures auctores adhibuisse, quae sententia ab omnibus eius sectatoribus certa lex habita est et a multis adhuc habetur, sed tamen et omni fundamento caret neque ullo modo ferri potest[2]). Quo ab initio si proficiscimur, certe haud difficile est in fontium indagatione versari et fontes aliquos obscurissimos coniectura reperire, sed nihil inde efficitur, neque quicquam lucramur. Aliud si rei tribuimus nomen, haec ratio nihil aliud est, quam scriptorum, qui exstant, obtrectatio ad artem et rationem redacta, eorum vero, qui interierunt, summa laudatio. Fac enim, Tacitum omnes locos ad aliorum scriptorum libros spectantes ex uno libro exscripsisse, ne legi repugnemus, ne fontis quidem auctorem putandum est ipsum eos inspexisse, sed ex suo fonte desumpsisse. Atque, etiamsi hoc modo fatale facinus aliquantum retrudere possumus, tamen aliquando maleficum deprehendi necesse est, nec quicquam relinquitur, nisi ut statuamus, ali-

---

1) Nissen p. 525 sq. Lange quoque omnes locos enumerat p. 50, 51 et adn. 96, ubi tamen pro I, 22 legendum III, 22 atque in annalium locis addendum XII, 24.

2) Bröcker „Antike Geschichtsschreibung und moderne Quellenforscher" Gütersloh 1878 primo capite iure hanc legem discerpit.

Digitized by Google

quando scriptorem aliquem laborem a Nissenio vetitum suscepisse et auctorum diversas relationes inter se comparasse. Sane hoc vindicandum erit scriptori, cuius interiit liber, dicitque Nissen [1]) „ut paucis complectamur, quae disputavimus, Plutarchus auctore usus est, qui quo modo res gestae essent diligentissime scrutatus sit, qui et ab iis, qui res coram viderant, percontatus sit et libros editos adhibuerit“ vel „etiamsi Tacitus vestigia fontium pervestigationis ab auctore usurpatae maiorem partem delevit, tamen non pauca supersunt . . . Apparet, qua diligentia et prudentia usus sit auctor.“ Plinius igitur, si Nissenium sequamur, ut homo antiquus vere habendus sit historicus, cum Tacitus scribae functus sit munere. Quod ab omni probabilitate abhorret. Contra tenendum, quod libri perditi scriptor facere potuerit, sive Plinius, sive Cluvius, sive alius quis fuit, hoc Tacito non esse denegandum. Quod vero Nissen loco aliquo omni fontium perscrutatione id agi dicit, ut ex historicorum quasi catena quadam circuli deperditi reperiantur, recte ille quidem hoc dicit. Si autem hanc regulam secuti eo deducimur, ut, ubicumque duo scriptores antiqui inter se consentiant, tertium aliquem statuamus, etiamsi id quod efficitur omnibus, quae de iis tradita habeamus, repugnet, in dogmatismum, qui dicitur, incidimus, qui a superstitione tantum discrepat quantum

1) Nissen p. 508 et 514

Digitized by Google

ovum ab ovo multumque excitavit calamitatis. Velut in quaestione de ratione, quae intercedat inter Liv. XXI et Polyb. III, ii, qui legem Nissenianam diligenter observant, in incerta minimeque probabilia delapsi sunt. Immo, ubiqumque similes duae narrationes exstant, non statim tertius aliquis scriptor statuendus, sed mutua et similitudo et discrepantia summa diligentia perscrutanda et quaerendum, nonne alterum altero usum esse possit cogitari. Quam legem, si est lex, in hac quoque quaestione sequar et, antequam aliquid de auctoribus coniciam, quae sit ratio scriptorum iterum quaeram.

Miram esse similitudinem inter Tacitum et Plutarchum identidem demonstraverunt homines docti imprimis Wiedemann, Peter, Mommsen [1]). Sed de consensu non agunt nisi in universum et statim — id quod praecipue in Nissenium cadit — ad quaestionem leviorem transgressi fontem quem coniciunt communem coniectura reperire student. Equidem antea de quaestione primaria agendum puto, unde aliquid redundaturum arbitror ad iudicium de Plutarchi vitas componendi ratione ferendum. Itaque narrationes rursus conferam et ubi et quo modo aut consentiant aut differant examinabo. Sane omnium primum inquirendum esset in temporum rationes. Verum enim vero, cum omnia, quae de hac

---

1) Mommsen p. 299 sq. Ne Clason quidem, quanquam p. 23 sq. omnes locos congruentes adscribit, ea qua opus est diligentia in consensum inquirit.

Digitized by Google

re disputari possunt, prolata iam sint, neque novissima commentatione [1]) de temporibus vitarum Caesarum quicquam certi efficiatur, sufficiet legentem ad ea delegare, quae Mommsen et Lange [2]) disseruerunt, Certi enim aliquid statui nequit; hoc constat, scriptores eodem fere tempore libros suos composuisse [3]). Qua re hoc mittamus et, quoniam Plutarchum per temporis rationes Tacito uti potuisse nemo est qui neget, a Plutarcho proficiscamur et unamquamque enuntiationem nonne a Tacito sumere potuerit quaeramus. Atque, si fere omnia posse a Tacito orta esse repperimus et locos discrepantes accurate inspexerimus, quilibet cautus fontium investigator concedet, dum albus color albus et niger niger sit, veri simile esse, Plutarchum in primis saltem fontibus adhibuisse ipsum Tacitum, neque legis cuiusdam causa repugnabit et ad inutiles coniecturas confugiet.

Incipit Tacitus a kalendis Januariis anni p. Ch. 69, quibus Galba et Vinius consulatum inibant. cc. 1—11

---

1) C. Th. Michaelis „de ordine vitarum parallelarum Plutarchi" diss. Berolini 1875.

2) Mommsen p. 298 sq. Lange p. 7 sq.

3) Neque Mommsen ostendit, Plutarchum iam Domitiani aetate i. e. ante Taciti historias Caesarum vitas conscripsisse — nam quod petit argumentum e catalogo Lampriae, nullius est momenti; inde quod Flaviorum vitae a Plutarcho praetermissae videntur, nihil potest conligi, cum eodem iure statui liceat, Caesarum vitas post vitas parallelas conscriptas et Vitellii vitam ultimam esse —, neque Lange Taciti historias ante Plutarchum editas esse comprobavit. cf Haupt phil. Rundschau 1881 fasc. 30 p. 954.

Digitized by Google

de consilio suo agit et quae fuerit condicio rei publicae provinciarumque breviter ille quidem sed diligenter exponit. Ipsa narratio initium capit c. 12, quo nuntium defectionis exercitus Germanici Romam venisse tradit et ad adoptionem Pisonis enarrandam transit. Plutarchum ut vitae scriptorem ab altiore initio res repetere consentaneum est. Itaque omnia ad vitam Galbae pertinentia, quae ante k. Ian. gesta sunt, exhibet — id quod a Taciti consilio alienum est — et c. 19 demum ad initium anni 69 pervenit. Quae priore parte praebet, vix appellanda est vita. Nam c. 1 pauca praefatus orditur c. 2 a Nymphidio Sabino, qui, ὥσπερ εἴρηται — quibus verbis aliam vitam, videlicet Neronis, significari veri simile est — una cum Tigellino ἔπαρχος τῆς αὐλῆς fuisset et donativo militibus promisso omnium malorum auctor factus esset. Galbae usque ad legationem Hispaniensem vita uno c. 3 breviter descripta iam cc. 4 et 5 comperimus, quo modo Galba imperator consalutatus et Nero eo nuntio commotus sit. In ceteris quoque cc. sola recentissima facta commemorantur, etiam si cum Galbae vita parum cohaerent. Velut c. 6 de Clodii Verginiique consiliis agitur, et, ut eodem capite Galbam Vindice devicto metu perturbatum esse sed c. 7 de morte Neronis certiorem factum paulatim animum resumpsisse refert, ita cc. 8 et 9 de Nymphidii machinationibus uberius exponit atque c. 10 demum ad Galbam redit, cui iam omnia cedunt. c. 11 iter eius describit et iam tum

Digitized by Google

senem visum esse adicit brevi sub potestatem Vinii venturum. Cuius c. 12 tractantur mores, et cc. 13 et 14 quid factum sit cum Nymphidio legimus. c. 15 Galba eius conscios interfici iubet et alia committit facinora, quibus malam famam conquirat. Hanc rationem cc. 16 et 17 quoque sequitur, ubi de repetitis Neronis donativis agitur et alia Vinii facta enumerantur. c. 18 Plutarchus ad ipsam narrationem transgressus dicit, ea de re καὶ τὰ μετρίως πραττόμενα suspecta fuisse, velut quod Galba Vindicis sectatoribus faviset et donativum militibus non praebuisset. Sed miles urbanus quamvis iratus tamen quietem agebat, cum dux deesset, sed in Germania superiore legiones multo magis turbaverunt.

Apparet, Plutarcho in hac vita non eius modi fontes praesto fuisse, quos imprimis sequi soleret, sed eum ex annalibus aliquibus omnia conlegisse. Item, cum hoc loco vere incipiat narrationis tenor, eum iam adhibuisse suspicari licet auctorem, qui hoc potissimum temporis momento initium caperet. Quod cadit in Tacitum. Iam enim usque ad Othonis mortem, ubi Plutarchus desinit, scriptores sibi respondent. Qua de causa hoc loco eos comparare incipiam, atque, quo facilius res perspiciatur, facere non possum, quin totum Plutarchi contextum repetam [1]).

1) Plutarchi sequor editionem Sintenisii minorem ² vol. V Lipsiae 1874, versus ex editione maiore vol. IV Lipsiae 1846 adscripsi. Taciti adhibui editionem Halmii quartam Lipsiae 1883.

Digitized by Google

Cap. XIX—XXI Plutarchus ad Galbae exitum transit enarrandum, et, cum praeteritas quoque repetat res, fieri nondum potest, ut statim ubique concinat cum Tacito. Itaque certo dicere non possumus, quo potissimum loco fontem mutaverit. Sed hoc fere loco id fecisse videtur. Bis enim nuntium Germanicae seditionis Romam venisse refert, quo Galba ad adoptandum commovetur, et c. 19, 1—3 et c. 23, 1. Atque, ut potest opponi, illic de seditione oriente, hic de exorta agi, ita illud ferri nequit. Narrat enim c. 18 de tumultu, qui θέας οὔσης καὶ τῶν χιλιάρχων καὶ λοχαγῶν τὸ Ῥωμαίοις σύνηθες εὐτυχίαν ἐπευχομένων τῷ αὐτοκράτορι Γάλβᾳ exarsisset, quae θέα eadem fuisse videtur, qua milites, cum iure iurando adigerentur, aperte defecerunt (c. 22, 11 sq.). Itaque c. 18 eandem seditionem intellegendam censeo, quam quidem Plutarchus alium fontem secutus describere incipiat; deinde vero auctore mutato narrationem interrumpit et ad res Romae gestas transit (c. 22, ubi cum Tacito congruit, de illo facto tacet). Itaque unum fuisse nuntium puto, quem Plutarchus in duos diviserit. Qua de causa dubium est, utrum in hac vitae parte, ubi cum Tacito congruat, iam novum secutus sit fontem, quem Tacitum fuisse suspicor, an eundem, a quo priorem vitae partem hauriret. Sane potuit aliqua a Tacito petere. Inde autem, quod inter duos fontes haesitat, obscuritas quaedam evasit, et prima verba transitus causa inserta videntur, cum Tacitus certum factum referat:

Digitized by Google

G. 19, 1—3 τοιαῦτα δὲ ἕτερα καὶ τῶν ὑπὸ Τιγελλίνῳ [1]) ταγμάτων ὑβριζόντων πολλάκις ἐπέμπετο γράμματα τῷ Γάλβᾳ παρὰ τῶν ἐπιτρόπων.

h. I, 12, 1—4 *paucis post kalendas Januarias diebus Pompei Propinqui procuratoris a Belgica litterae adferuntur, superioris Germaniae legiones . . . imperatorem alium flagitare . . .*

Tacitus et nomen procuratoris et exercitum iam defecisse commemorat. Neque dubium, quin non de multis sed de uno cogitandum sit procuratore Belgico. Plutarchum easdem litteras significare puto atque Tacitum. Certa enim relatio velut ea, quam Tacitus praebet, semper probabilior quam incerta. Neque in numero plurali γράμματα haerendum; nam Galba sine dubio primo certo seditionis nuntio ad adoptionem accelerandam commotus est. Quod postea perlatum est, minoris erat momenti. Iam tum Galbam de inferioris quoque Germaniae (τῶν ὑπὸ Οὐιτελλίῳ) defectione certiorem factum esse, Tacitus hoc loco non dicit; quin negat h. 1, 14, 1 sq. *Galba . . . quanquam nihil adhuc de Vitellio certum . . . comitia imperii transigit.* Fortasse Plutarchus, cum paucis post diebus Galbam hunc quoque nuntium accepisse consentaneum sit, haec addidit ex sententiarum nexu conlecta; sed cum omnino in lubrico versemur,

1) Mommsen Herm. IV, 300 adn. 1 pro Τιγελλίνῳ scribere vult Οὐιτελλίῳ (vel potius Βιτελλίῳ) recte, ut opinor. Clason male comparat h. 1, 24 *flagrantibus iam militum animis velut faces addiderat Maevius Pudens e proximis Tigellini.*

Digitized by Google

negari non potest — nam Tacitus quoque c. 19, 7 crebrioribus in dies Germanicae seditionis nuntiis civitatem perturbatam esse prodit, — haec ex alio fonte sumpta esse. Sed non est necesse. Quae sequuntur nihil obstat quo minus a Tacito profecta sint:

v. 3—6 ὁ δὲ φοβηθεὶς, ὡς μὴ μόνον διὰ τὸ γῆρας, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἀπαιδίαν καταφρονούμενος, ἐβουλεύετο παῖδα θέσθαι τῶν ἐπιφανῶν τινα νεανίσκον καὶ διάδοχον ἀποδεῖξαι τῆς ἀρχῆς.	c. 12, 5—7 *maturavit ea res consilium Galbae, iam pridem de adoptione secum et cum proximis agitantis.*

In his Plutarchus non solum valde claudicat (duo participia coniuncta, γῆρας et ἀπαιδία tam sollemniter opposita iniucunda sunt, denique adoptionem in duas dividit partes, ipsam adoptionem et proclamationem Caesaris), sed minus accurate rem enarrat. Nam ex verbis eius conligere possumus, Galbam non nisi nuntio adlato adoptandi consilium cepisse, id quod et Tacito repugnat c. 12, 7—8 *non sane crebrior tota civitate sermo per illos menses fuerat*, et iis, quae ipse memoravit (cf. G. c. 21). Itaque hoc enuntiatum a Tacito petivisse videtur; post vero, cum totam adoptionem uno tenore ex alio fonte describeret, Galbae consilium melius narravit, illud autem non mutavit enuntiatum. Quibus causis Galba ad adoptandi consilium permotus sit, hoc quidem loco non tradit Tacitus, sed senectutem statim adfert c. 12, 9 *fessa iam aetate Galbae*

Digitized by Google

et c. 16, 18 *audita adoptione desinam videri senex, quod nunc mihi unum obicitur.* De orbitate quanquam apud eum nihil exstat, quivis ex conexu rerum potuit concludere. Ceterum quas Plutarchus adfert causas, eae ineptiores sunt. Neque enim, ut senectutis et orbitatis ignominiam effugeret, Galba filium sibi adsumpsit, sed ut adiutorem haberet in tanto discrimine rerum.

Deinde Plutarchus usque ad finem c. 20 de Othone agit. Tacitus quoque eodem conexu (c. 13) huius vitam et mores describit, et brevius paene omnia exhibet, quae a Plutarcho uberius exponuntur. Propter nimiam vero eius brevitatem non crediderim, Plutarchum haec ex eo ita hausisse, ut eius narrationem quasi distenderet et additamentis amplificaret — id quod Clason p. 7 existimare videtur — sed secutus est alium fontem atque eundem, qui Tacito praesto erat. Textum utriusque vel obiter si inspicimus, id apparet. Ordine enim utuntur paene eodem:

v. 6—8 ἦν δὲ Μάρκος Ὄθων, ἀνὴρ γένει μὲν οὐκ ἀφανής, τρυφῇ δὲ καὶ φιληδονίαις εὐθὺς ἐκ παίδων ἐν ὀλίγοις Ῥωμαίων διεφθαρμένος.	c. 13, 12—13 *namque Otho pueritiam incuriose, adulescentiam petulanter egerat.*

Sententia fere eadem est, sed Tacitus de gente Othonis tacet. v. 8—14 Plutarchus de Poppaea narrare orditur et pergit:

Digitized by Google

v. 14—17 φίλῳ δὲ τῷ Ὄθωνι καὶ συμβιωτῇ διὰ τὴν ἀσωτίαν ἐχρῆτο (sc. ὁ Νέρων). καὶ σκωπτόμενος ὑπ' αὐτοῦ πολλάκις εἰς μικρολογίαν καὶ ἀνελευθερίαν ἔχαιρε.	v. 13 — 14 *gratus Neroni aemulatione luxus.*

Fabellam, quam adfert Plutarchus ad hoc inlustrandum, Tacitus omittit. Quae vero legimus de Poppaea, etsi brevissime tamen praebet:

v. 8—14 ὡς δὲ τὸν Ἀλέξανδρον Ὅμηρος Ἑλένης πόσιν ἠϋκόμοιο, μηδὲν ἔχοντα πρὸς δόξαν ἄλλο σεμνύνων ἀπὸ τῆς γυναικός, ὀνομάζει πολλάκις, οὕτως γεγονὼς περιβόητος ἐν Ῥώμῃ διὰ τὸν Ποππαίας γάμον, ἧς ἤρα μὲν ὁ Νέρων Κρισπίνῳ συνούσης, ἔτι δὲ αἰδούμενος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα καὶ τὴν μητέρα φοβούμενος ὑφῆκε τὸν Ὄθωνα πειρῶντα τὴν Ποππαίαν. v. 21—23 ἀλλά τήν γε Π. προμοιχεύσας τῷ Νέρωνι καὶ διαφθείρας ταῖς εἰς ἐκεῖνον ἐλπίσιν ἔπεισεν ἀποστῆναι τοῦ ἀνδρός.	v. 14—16 *eoque Poppaeam Sabinam, principale scortum, ut apud conscium libidinum deposuerat, donec Octaviam uxorem amoliretur.*

In historiis igitur Tacitus eadem quae Plutarchus profert de Othonis et Poppaeae amore, cum in annalibus (XIII, 45 et 46) aliam praebeat relationem. Idem valet in exitum famosi amoris. Quem Tacitus eodem modo narrat, sed diffusum Plutarchi vel potius fontis verborum flumen in angustum cogit:

Digitized by Google

v. 23—32 ἐλθούσης δὲ παρ' αὐτὸν ὡς γαμετῆς οὐκ ἠγάπα μετέχων, ἀλλ' ἤσχαλλε μεταδιδούς, οὐδὲ αὐτῆς ἀχθομένης, ὥς φασι, τῇ ζηλοτυπίᾳ τῆς Π.. καὶ γὰρ ἀποκλεῖσαι τὸν Ν. λέγεται μὴ παρόντος τοῦ Ὄθωνος, εἴτε τῆς ἡδονῆς ἀφαιροῦσα τὸ πλήσμιον, εἴτε, ὥς φασιν ἔνιοι, βαρυνομένη τὸν Καίσαρος γάμον, ἐραστῇ δὲ μὴ φεύγουσα χρῆσθαι διὰ τὸ φιλοκόλαστον. ἐκινδύνευσεν οὖν ὁ Ὄ. ἀποθανεῖν· καὶ παράλογον ἦν, ὅτι τὴν γυναῖκα καὶ ἀδελφὴν ἀποκτείνας διὰ τὸν Π. γάμον ἐφείσατο τοῦ Ὄ. 20, 1—3 Σενέκαν δὲ εἶχεν εὔνουν· κἀκείνου τὸν Ν. πείσαντος καὶ παραινέσαντος ἐξεπέμφθη Λυσιτανῶν στρατηγὸς ἐπὶ τὸν Ὠκεανόν.	v. 16 17 *mox suspectum in eadem Poppaea in provinciam Lusitaniam specie legationis seposuit.*

Per totum Cap. XX eadem ratio valet. Otho provinciam laudabiliter administrat:

v. 3—5 καὶ παρέσχεν ἑαυτὸν οὐκ ἄχαριν οὐδὲ ἐπαχθῆ τοῖς ὑπηκόοις, εἰδὼς φυγῆς ὑποκόρισμα καὶ παρακάλυμμα τὴν ἀρχὴν αὐτῷ δεδομένην.	v. 18 *Otho comiter administrata provincia*

Galbae deficienti primus se applicat:

v. 5—6 ἀποστάντος δὲ Γάλβα πρῶτος αὐτὸς προσεχώρησε τῶν ἡγεμόνων	v. 18—19 *primus in partes transgressus*

gratiam novi imperatoris brevi sibi conciliat: v. 6—13 καὶ φέρων ὅσον εἶχεν ἐν ἐκπώμασι καὶ τραπέζαις ἄργυρον

Digitized by Google

καὶ χρυσὸν ἔδωκε κατακόψαι ποιουμένῳ νόμισμα, καὶ τῶν οἰκετῶν ἐδωρήσατο τοὺς εἰθισμένους περὶ δίαιταν ἡγεμόνι ἐμμελῶς ὑπουργεῖν. καὶ τὰ ἄλλα πιστὸς ἦν αὐτῷ, καὶ διδοὺς πεῖραν οὐδενὸς ἧττον ἐδόκει πραγμάτων ἔμπειρος εἶναι· καὶ βαδίζοντι τὴν ὁδὸν ἅπασαν ἐφ' ἡμέρας πολλὰς συνοχούμενος διετέλεσεν. Tacitus paucissimis contentus est v. 19—20 *nec segnis et, donec bellum fuit, inter praesentes splendidissimus.* Quae sequuntur v. 13—18 ἐν δὲ τῇ συνοδίᾳ καὶ τῇ συνηθείᾳ τὸν Οὐίνιον ἐξεθεράπευσεν ὁμιλίᾳ καὶ δώροις, μάλιστα δὲ τῶν πρωτείων ὑφιέμενος αὐτῷ τό γε μετ' ἐκεῖνον δύνασθαι δι' ἐκεῖνον εἶχε βεβαίως. τῷ δὲ ἀνεπιφθόνῳ περιῆν, προῖκα συμπράττων πάντα τοῖς δεομένοις καὶ παρέχων ἑαυτὸν εὐπροσήγορον καὶ φιλάνθρωπον ἅπασι haec Tacitus omittit. Idem de Othonis milites adliciendi studiis hoc quidem loco brevi adnotatione acquiscit:

v. 18—22 πλεῖστα δὲ τοῖς στρατιωτικοῖς συνελάμβανε καὶ προῆγε πολλοὺς ἐφ' ἡγεμονίας, τὰ μὲν αἰτούμενος ἀπὸ τοῦ αὐτοκράτορος, τὰ δὲ τὸν Οὐίνιον καὶ τοὺς ἀπελευθέρους παρακαλῶν Ἴκελον καὶ Ἀσιατικόν· οὗτοι γὰρ ἦσαν ἐν δυνάμει μάλιστα τῶν περὶ τὴν αὐλήν.	v. 20—22 *spem adoptionis statim conceptam acrius in dies rapiebat, faventibus plerisque militum, prona in eum aula Neronis ut similem.*

Sed c. 23 Tacitus, qui militum animos diligentissime observare soleat, uberior est et multis in rebus cum Plutarcho concinit. πλεῖστα — συνελάμβανε ≐ c. 23, 1—3 *studia militum iam pridem spe successionis aut paratu facinoris adfectaverat;* καὶ — ἡγεμονίας = v.

Digitized by Google

3 — 6 *in intinere, in agmine, in stationibus vetustissimum quemque militum nomine vocans ac memoria Neroniani comitatus contubernales appellando; alios adgnoscere, quosdam requirere et pecunia aut gratia iurare.* Itaque haec Platarchus a Tacito sumere potuit, sed, cum hic quo modo milites eius modi machinationibus commoti sint deinde depingat, ille frigidum adsuit additamentum τὰ μὲν αἰτούμενος etc., nempe ut moneat, penes hos fuisse summam rerum (cf. Tac. c. 13, 1 sq. *potentia principatus divisa in T. Vinium consulem et Cornelium Laconem praetorii praefectum; nec minor gratia Icelo Galbae liberto . . . .*), sed memoria falsus Asiaticum quoque nominat, Vitellii libertum (cf. h. 2, 57; 94 et 95. Suet. V. 12). Itaque cogitari potest, Plutarchum inde a πλεῖστα Tacitum secutum esse, veri similiusque hoc fit, quia uterque in hoc conexu eandem narratiunculam adicit:

v. 22—25 ὁσάκις δὲ τὸν Γάλβαν εἱστία, τὴν παραφυλάττουσαν ἀεὶ σπεῖραν ἐδέκαζε χρυσοῦν ἑκάστῳ διανέμων, οἷς τιμᾶν αὐτὸν ἐδόκει καταπολιτευόμενος καὶ δημαγωγῶν τὸ στρατιωτικόν.	c. 24, 4—7 (*Maevius Pudens) eo paulatim progressus est, ut per speciem convivii, quotiens Galba apud Othonem epularetur, cohorti excubias agenti viritim centenos nummos divideret.*

Plutarchus, ut est diligens in pecuniae summis adferendis [1]), centenos nummos recte χρυσῷ vertit, sed

1) cf. G 2, 5 sq.; 21, 10; 28. 7.

Digitized by Google

subtilioribus neglectis non Maevium Pudentem sed Othonem pecunias distribuentem facit neque sibi potest abstinere, quin suum ipsius addat iudicium.

c. XXI Plutarchus ad adoptionem redit et primo plane congruit cum Tacito:

v. 1—5 ἀλλ' οὖν βουλευομένου γε τοῦ Γάλβα περὶ διαδόχου τὸν Ὄθωνα παρεισῆγεν ὁ Οὐίνιος, οὐδὲ τοῦτο προῖκα πράττων, ἀλλ' ἐπὶ γάμῳ τῆς θυγατρός, ὁμολογίας γενομένης γαμεῖν αὐτὴν τὸν Ὄθωνα παῖδα τοῦ Γάλβα καὶ διάδοχον ἀποδειχθέντα τῆς ἡγεμονίας.	c. 13, 5—10 *circa consilium eligendi successoris in duas factiones scindebantur. Vinius pro M. Othone . . . et rumoribus nihil silentio transmittentium, quia Vinio vidua filia, caelebs Otho, gener ac socer destinabantur.*

Haec potuit a Tacito haurire, quanquam loquacitati paulum indulget, quippe qui de Vinio et Othone et per negationem et per positionem agat atque condicionem addat, de qua dubitari non potuit. Neque tamen plus praebet, sed quod Tacitus iure rumorem fuisse dicit, pro certo adfirmat, sine dubio non alio fonte adhibito sed verbis traditis — videlicet Taciti — memoriae errore confusis. Cum iis quae sequuntur v. 5—8 ὁ δὲ Γάλβας ἀεὶ μὲν ἦν δῆλος πρὸ τοῦ ἰδίου τὸ κοινὸν τιθέμενος καὶ ζητῶν οὐχ αὑτῷ θέσθαι τὸν ἥδιστον ἀλλὰ Ῥωμαίοις τὸν ὠφελιμώτατον conferas, quae Tacitus Galbam in concilio familiarium loquentem facit c. 15, 12 *Augustus in domo successorem quaesivit, ego in re publica.* Hanc sententiam Plutarchus multo pluribus

Digitized by Google

exprimit verbis. — Pergit v. 8—10 δοκεῖ δὲ μηδ' ἂν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις χρήμασι μόνον (hoc obscurum)[1]) ἑλέσθαι τὸν Ὄθωνα κληρονόμον[2]), ἀκόλαστον εἰδὼς καὶ πολυτελῆ καὶ πενταχισχιλίων μυριάδων ὀφλήμασι βεβαπτισμένον. In universum respondet h. I, 21, 1 sq. *interea Othonem . . . multa simul exstimulabant, luxuria etiam principi onerosa, inopia vix privato toleranda.* Sed neque quod primo loco legimus apud Tacitum exstat, neque hic usquam significat, quanta aeris alieni mole Otho oppressus fuerit. Illud vero parum probabile est et a Plutarcho insertum videtur, ut aliquo modo famosam aeris alieni summam inferciret, quam aliunde compertam habebat. Eius modi formulas transitus causa insertas saepius inveniemus. Postremo scriptum habemus apud Plutarchum v. 11—15 ὅθεν ἀκούσας τοῦ Οὐινίου σιωπῇ καὶ πρᾴως ὑπερέθετο τὴν διάθεσιν. ἀποδείξας δ' αὐτὸν ὕπατον καὶ συνάρχοντα τὸν Οὐίνιον ἐπίδοξος ἦν ἔτους ἀρχῇ τὸν διάδοχον ἀναγορεύσειν. καὶ τὸ στρατιωτικὸν ἡδέως εἶχε τὸν Ὄθωνα παρ' ὁντινοῦν ἄλλον ἀναγορευθῆναι. Haec non fluxerunt ex Tacito, qui ordiatur a kal. Jan. anni p. Ch. 69 et res praeteritas brevissime tractet. Itaque quaedam obiter significat. Adoptionem iam proximo anno in omnium ore fuisse c. 12, 5 sq. *maturavit ea res consilium Galbae, iam pridem de*

1) Mendelssohn voce μόνον deleta scribere vult χρήμασιν ἑλέσθαι, ita ut μόνον ex littera ν ortum sit.

2) Clason p. 29 male confert Tac. c. 13, 10—11 *credo et rei publicae curam subisse frustra a Nerone translatae, si apud Othonem relinqueretur.* Qui locus a Plutarcho alienus est.

Digitized by Google

adoptione secum et cum proximis agitantis. non sane crebrior tota civitate sermo per illos menses fuerat; adoptionem dilatam esse ex Tacito quoque apparet, cum primis demum Januarii diebus certum Galba caperet consilium. Sed quod Galbam silentio et aequo animo audivisse Vinium refert Plutarchus, hoc neque Tacitus commemorat, neque ullus auctor excogitare potuit. Qua re haec particula alii fonti vindicanda est. Ultimum huius capitis enuntiatum invenitur apud Tacitum c. 13, 21 *faventibus plerisque militum.*

Fortasse haec tria capita Plutarchea omnino non pendent a Tacito sed universa ex auctore orta sunt, quem is quoque secutus est. Verum, cum interdum consensus cernatur, negari non potest, Plutarchum inspexisse ipsum Tacitum et narrationem eius coniunxisse cum alio fonte. Qui fuerit hic fons ignoramus, sed videtur idem fuisse atque Taciti. Praeterea apparet, Plutarchum ibi quoque, ubi Tacito uti posset et usus esse videatur, non ad verbum expressisse fontem, sed perlecto eo scribere coepisse: qua in re errores non vitavit. Hoc saepius observabimus. Ex G. 19, 6—20, 18 vero quo modo Tacitus uberiorem fontem circumciderit cognovimus. Nam, etiam si pauca, quae nimia loquacitate offendunt, Plutarchi ingenio adscribenda sunt, tamen — id quod ex Tacito cognoscimus — auctorem in universum accurate exscripsit. Id autem dubium est, utrum omnia, quae de Othone digna erant memoratu, in fonte hoc uno

Digitized by Google

loco comprehensa fuerint, ut Tacitus illum discerpsisse arguendus sit, an Plutarchus omnia conlegerit, quae de Othone tradita haberet, sive a Tacito sive ab alio peteret. Utrumque ferri potest, neque haec sententia spernenda. — Ut iam paucis repetam, equidem Plutarchum in hac vitae parte plurima ex auctore mutuatum esse puto, quem Tacitus sequeretur, sed aliqua ab hoc petivisse, a quo vix iam discrepat.

C. XXII exercitus Germanici seditionen enarrat, omniaque, quae profert, apud Tacitum exstant aut in *praefatione* c. 8 et 9 aut c. 51 sq., ubi motum gravissimum diligenter describit. Itaque, quanquam levioribus in rebus discrepant scriptores, hoc caput totum Plutarchus a Tacito potuit haurire. Ex primo quidem enuntiato v. 1—2 καταλαμβάνει δ' αὐτὸν ἔτι μέλλοντα καὶ βουλευόμενον ἐκραγέντα τὰ Γερμανικά nihil novi comperimus, sed auctor res supra expositas iterum repetit, quo facilius ad ipsam narrationem transeat. Deinde cur milites fremuerint exponit atque quattuor adfert causas v. 2—9: 1) κοινῇ γὰρ ἅπαντες οἱ στρατευόμενοι τὸν Γάλβαν ἐμίσουν οὐκ ἀποδιδόντα τὴν δωρεάν, 2) ἰδίας δὲ ἐκεῖνοι προφάσεις ἐποιοῦντο Οὐεργίνιόν τε Ῥοῦφον ἀπερριμμένον ἀτίμως 3) καὶ Γαλατῶν τοὺς πολεμήσαντας αὐτοῖς δωρεῶν τυγχάνοντας, ὅσοι δὲ μὴ προσέθεντο Οὐίνδικι κολαζομένους, 4) ᾧ μόνῳ τὸν Γάλβαν χάριν εἰδέναι καὶ τιμᾶν τεθνηκότα καὶ γεραίρειν δημοσίοις ἐναγισμοῖς, ὡς ὑπ' ἐκείνου Ῥωμαίων ἀποδεδειγμένον αὐτοκρά-

Digitized by Google

τορα. Primam causam Tacitus significat et in praefatione c. 5 init. *miles urbanus . . . postquam neque dari donativum sub nomine Galbae promissum . . . . pronus ad novas res* et. c. 18, 13 sq. *per ceteros* (sc. milites) *maestitia ac silentium, tanquam usurpatam etiam in pace donativi necessitatem bello perdidissent,* ubi in adoptione versatur. Sane solos milites urbanos intellegit neque donativum ad legiones quoque pertinuisse dicit: sed hoc non est premendum. Vix enim credibile, Plutarchum diversam exhibere relationem. Alteram causam habemus c. 8, 14 sq. *dux deerat, abducto Verginio per simulationem amicitiae; quem non remitti atque etiam reum esse tanquam suum crimen accipiebant* et c. 53, 15 *in Verginium favor cuicumque alii profuturus.* Sed Plutarchus, qui haec omnia militibus attribuat, gravioribus utitur verbis et addit Verginii cognomen, quod, etsi a Tacito praetermissum est, tamen ut viri celeberrimi, quem ipse viderat, scire debebat (cf. G. c. 10, 2). — Tertium legimus Vindicis sectatores a Galba honoratos, adversarios coercitos esse. Hoc Tacitus narrat et c. 8, 4 sq. *Galliae super memoriam Vindicis obligatae recenti dono Romanae civitatis et in posterum tributi levamento. proximae tamen Germanicis exercitibus Galliarum civitates non eodem honore habitae, quaedam etiam finibus ademptis pari dolore commoda aliena ac suas iniurias metiebantur* et c. 51, 20 sq. *contumacia Gallorum inritati, qui remissam sibi a Galba quartam*

Digitized by Google

tributorum partem et publice donatos in ignominiam exercitus iactabant et c. 53, 11 sq. *Treveri ac Lingones, quasque alias civitates atrocibus edictis aut damno finium Galba perculerat, hibernis legionum propius miscentur.* Sane nusquam aperte dicit, qui a Vindice stetissent, eos donatos, et qui Neroni fidem servassent, increpitos esse: sed hoc ex conexu narrationis recte conlegit potuitque conligere. — Quartum, quod Plutarchus magna eloquentia adfert, deest apud Tacitum. Fieri potest, ut hoc alio scripto fonte nitatur, ut Krauss vult, sed eodem iure cogitari licet, Plutarchum, qui interdum plus aequo inducat coloris, id de suo addidsse. Hoc eo veri similius est, quod haec non ipse dicit sed milites dicentes facit, neque res ea est, quam ex scripto fonte haustam esse necesse sit. — Omnia igitur quae sunt alicuius momenti, apud Tacitum exstant, nisi quod Plutarchus ea uno loco adfert militibusque tribuit. Etiam si communem fontem statuamus, tenendum est in eo haec dissipata fuisse. Ab omni enim probabilitate abhorret, Tacitum quae apud auctorem coniuncta invenisset adeo diffudisse. Itaque Plutarchus eius modi fonte usus esse videtur, qualis est Tacitus, quem suo arbitrio mutavit.

Cetera quoque ipse disponit et subtilioribus neglectis neque superiorem et inferiorem provinciam neque exercitus distinguit. Accipienda autem sunt omnia de superiore exercitu, quia ubique Hordeonium Flaccum nominat, superioris provinciae legatum. v. 10—12

Digitized by Google

τοιούτων ἀναφανδὸν ἤδη λόγων ἐν τῷ στρατοπέδῳ περιφερομένων ἐπῆλθεν ἡ νουμηνία τοῦ πρώτου μηνός, ἣν καλάνδας Ἰανουαρίας καλοῦσι. Priore particula quae exposita erant iterum comprehenduntur; kalendas Januarias Tacitus commemorat et c. 55, 1 *sollemni kalendarum Januariarum sacramento*, ubi de inferiore (a Plutarcho omissum) et c. 55, 11 *ipso kalendarum Januariarum die*, ubi de superiore agit exercitu. Vocem kalendarum Plutarchus, qui libros suos ad Graecos accommodet, paucis explicat.

Quae deinde narrat, Flacco milites iure iurando adigente seditionem exortam esse, ex Tacito potuit conligere:

v. 12—16 τοῦ δὲ Φλάκκου συναγαγόντος αὐτοὺς ἐπὶ τὸν ὅρκον, ὃν ἔθος ἐστὶν ὀμνύειν ὑπὲρ τοῦ αὐτοκράτορος (explicandi causa additum) ,τὰς μὲν εἰκόνας τοῦ Γάλβα προσελθόντες ἀνέτρεψαν καὶ κατέσπασαν, αὐτοὶ δὲ ὀμόσαντες ὑπὲρ συγκλήτου καὶ δήμου Ῥωμαίων διελύθησαν.	c. 55, 9 sq. *at in superiore exercitu IV et XXII legiones, isdem hibernis tendentes . . . dirumpunt imagines Galbae, IV legio promptius, XXII cunctanter, mox consensu. ac . . . senatus populique Romani oblitterata iam nomina sacramento advocabant . . .* c. 56, 1 *spectator flagitii Hordeonius Flaccus . . . aderat.*

Singula facta congruunt, sed Plutarchus ea sua sponte conexuit. sollemne sacramentum, quod Tacitus — explicatione ei non erat opus — c. 55, 1 commemoravit, ubi de inferiore exercitu agebat, ad superiorem quoque

Digitized by Google

pertinere per se apparebat. Item consentaneum erat, Hordeonium a militibus ius iurandum exegisse. Hoc Plutarchus recte perspexit. Ut vero minutiora, quae Tacitus adfert, neglegit, ita alia pluribus describit verbis. Neque enim imagines simpliciter diruptas, sed ne quid praetermisisse videatur, et statuas imperatoris et imagines signis adfixas commemorat, atque illas eversas, has dereptas esse enuntiat. Idem cadit in διελύθησαν, quod additum, ut res quasi spectaculum legenti sub oculos subiceretur et oppositio evaderet cum sequentibus.

Iam enim exstat apud Plutarchum oratio ἡγεμονικοῦ, *qui* spreto novo militum sacramento Vitellium commendat. Qua in oratione, quae apud Tacitum desideratur, si inania verba praetermittimus, nihil fere invenitur, quin ab hoc haurire potuerit. Primum enuntiatum v. 16—17 εἶτα τοῖς ἡγεμονικοῖς παρίστατο δεδοικέναι τὴν ἀναρχίαν ὡς ἀπόστασιν, quo oratio inducitur, ex rerum condicione conformatum est, eademque sententia amplius explanatur v. 18—21 λέγει δέ τις ἐν αὐτοῖς· τί πάσχομεν, ὦ συστρατιῶται, μήτ' ἄλλον ἡγεμόνα ποιούμενοι μήτε τὸν νῦν ὄντα φυλάττοντες, ὥσπερ οὐ Γάλβαν, ἀλλ' ὅλως ἄρχοντα καὶ τὸ ἄρχεσθαι φεύγοντες. Quae deinde de Hordeonio loquitur v. 21—22 Φλάκκον μὲν οὖν Ὁρδεώνιον οὐδὲν ἄλλο ἢ σκιὰν ὄντα Γάλβα καὶ εἴδωλον ἐατέον ab iis non discrepant, quae Tacitus c. 9, 1 dicit *superior exercitus legatum Hordeonium Flaccum spernebat, senecta ac debilitate pedum invalidum, sine constantia, sine auctoritate,*

umbramque potuit appellare Galbae, quia ab hoc Verginio, quem omnes amaverant, missus erat successor. Atque quod pergitur v. 22—27 ἡμέρας δὲ μιᾶς ὁδὸν ἀφέστηκεν ἡμῶν Οὐιτέλλιος, ὁ τῆς ἑτέρας Γερμανίας ἡγούμενος, πατρός τε τιμητοῦ καὶ τρὶς ὑπάτου γενομένου καὶ Κλαυδίῳ Καίσαρι τρόπον τινὰ συνάρξαντος, αὐτός τε τὴν λοιδορουμένην ὑπ᾽ ἐνίων πενίαν δεῖγμα λαμπρὸν ἔχων χρηστότητος καὶ μεγαλοφροσύνης, Plutarchus Vitellium unius diei iter afuisse ex Tacito c. 56, 10 potuit conligere, qui sequenti iam nocte nuntium defectionis ad illum venisse tradit; Vitellium inferioris Germaniae legatum fuisse et per se constabat et a Tacito dictum est c. 9, 4 sq. *inferioris Germaniae legiones diutius sine consulari fuere, donec missu Galbae A. Vitellius aderat* et c. 52, 1 *sub ipsas superioris anni kalendas Decembres Aulus Vitellius inferiorem Germaniam ingressus.* Idem patris Vitellii dignitates bis significat c. 9, 6 *censoris Vitellii ac ter consulis filius* et c. 52, 23 sq. *Vitellio tres patris consulatus, censuram, collegium Caesaris . . . imponere dignationem* [1]. Hoc loco Fabium Valentem, legatum primae legionis, Vitellium instigantem facit, quo Plutarchum ad orationem fingendam commotum esse arbitror, ita tamen, ut non

1) Mirum est, quod Plutarchus, qui c. 21, 12 non dubitat Vinium, Galbae in consulatu collegam, appellare συνάρχοντα, hic addit τρόπον τινά. Qua re eum aliud quid intellexisse atque, cum Tacitus consulatum, censuram, collegium Caesaris uno tenore ut tria munera adferat, eum hoc male perspexisse et ex collegio Caesaris societatem quandam imperii facere voluisse suspicor. Vitellium Claudii Caesaris amicum fuisse satis constabat.

Digitized by Google

Verginium et Vitellium, ut Tacitus fecit, sed Hordeonium et Vitellium inter se opponeret. At de Vitellii paupertate neque hoc loco quicquam apud Tacitum invenimus neque h. III, 86, ubi plura de Vitellio disserit. Itaque hoc Plutarchus aliunde hausit, quod mirandum non est, praesertim cum Vitellii quoque vitam eamque nimirum uno tenore cum Galbae et Othonis conscripserit [1]. — Reliqua orationis parte v. 27—29 φέρε, τοῦτον ἑλόμενοι δείξωμεν ἀνθρώποις πᾶσιν, ὡς Ἰβήρων καὶ Λυσιτανῶν ἀμείνους ἐσμὲν αὐτοκράτορα αἱρεῖσθαι milites ad agendum incitantur; postrema verba Plutarchum recte intellexisse indicant, veram rebellionis causam fuisse superbiam Germanici exercitus, qui robore suo confisus et ceteros exercitus contemneret et principem ab alio exercitu factum [2]. Itaque cum Plutarchus excepta una re novi exhibeat nihil, sed tantum quae a Tacito petere potuit facta suo arbitrio conectat et verborum copia exornet, alio fonte non egemus. Si communem auctorem statuamus, quem Plutarchus diligentius expresserit, eadem difficultas exsistit, in qua supra offendimus. Sane non contendo, Plutarchum uno quoque loco Taciti verba ante oculos habuisse. Sed — nam eum aliqua vi memoriae praeditum fuisse non est negandum — auctore perlecto vitam conscripsit eumque interdum tantum denuo inspexit.

---

1) Rem fuisse notissimam ex Suetonio apparet v. Vit. c. 7.
2) cf. Mommsen Herm. V, p. 172.

Digitized by Google

v. 29—30 ταῦτα τῶν μὲν ἤδη προσιεμένων, τῶν δ' οὐ προσιεμένων, quibus narratio transducitur, animorum ambiguitas significatur; in superiore exercitu nihil certi constitutum esse ex Tacito quoque intellegitur, qui proximo demum die a Fabio Valente (ex inferioris provinciae legatis) Vitellium imperatorem consalutatum esse memoret. Hac in re consentiunt scriptores:

v. 30—32 εἷς ὑπεξελθὼν σημαιοφόρος ἀπήγγειλε τῷ Οὐιτελλίῳ νυκτὸς ἑστιωμένων πολλῶν παρ' αὐτῷ.	c. 56, 10 sq. *nocte, quae kalendas Januarias secuta est, in coloniam Agrippinensem aquilifer IV legionis epulanti Vitellio nuntiat.*

epulanti Plutarchus pluribus quidem exprimit verbis, sed parum diligenter neque quae fuerit nox, neque quis fuerit aquilifer, neque ubi tum fuerit Vitellius tradit. Participium ὑπεξελθὼν ad scaenam praecedentem pertinet, quam ipse finxisse videtur. Sequentia verba v. 32 τοῦ δὲ λόγου διαπεσόντος εἰς τὰ στρατεύματα ad proxima transducunt iisque respondent, quae Tacitus c. 56, 15 prodit *missi ad legiones legatosque, qui descivisse a Galba superiorem exercitum nuntiarent.*

v. 33—35 πρῶτος Φάβιος Οὐάλης, ἡγεμὼν ἑνὸς τάγματος, τῇ ὑστεραίᾳ μετὰ ἱππέων συχνῶν ἐλάσας αὐτοκράτορα τὸν Οὐιτέλλιον προσεῖπεν.	c. 57, 1 sq. *proxima legionis I hiberna erant et promptissimus e legatis Fabius Valens. is die proximo coloniam Agrippinensem cum equitibus legionis auxiliariorumque ingressus imperatorem Vitellium consalutavit.*

Digitized by Google

Vel haec Tacitus accuratius refert, qui et loci et temporis rationem habeat aliaque subtiliora adferat.

Sequitur apud Plutarchum locus admodum obscurus v. 35—39 ὁ δὲ τὰς μὲν ἔμπροσθεν ἡμέρας ἐδόκει διωθεῖσθαι καὶ ἀναδύεσθαι τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς φοβούμενος, τότε δέ φασιν οἴνου διάπλεων καὶ τροφῆς ὄντα μεσημβρινῆς προελθεῖν καὶ ὑπακοῦσαι Γερμανικὸν ὄνομα θεμένων αὐτῷ, τὸ δὲ Καίσαρος οὐ προσδεξάμενον. De titulis Tacitus agit c. 62, 11 *nomine Germanici Vitellio statim addito; Caesarem se appellari etiam victor prohibuit.* Sed quae praecedunt partim sensu carent. Particula enim τότε, quae semper ad tempus iam indicatum spectat, nullum aliud temporis punctum definiri potest, nisi id, quod Valentis adventu significatur i. e. a. d. IV non. Jan. (2. Januar). Itaque non liquet, quid sibi velint illae ἔμπροσθεν ἡμέραι, quibus Vitellius διωθεῖσθαι καὶ ἀναδύεσθαι dicitur. Nam quando aliquot dies cunctari potuerit, neque ex Tacito apparet, qui kal. Jan. superiorem exercitum descivisse, sequenti nocte Vitellium certiorem factum; proximo die i. e. a. d. IV non Jan. imperatorem renuntiatum esse, sequenti vero die i. e. a. d. III non. Jan. superiorem exercitum sacramentum eius accepisse tam certo enarret, ut nulla remaneat dubitatio; neque quando id fieri potuerit ex Plutarcho ipso intellegimus. Ante vero illum diem num acciperet imperium Vitellius dubitare non potuit, quia usque ad id tempus ei non erat oblatum. Ne sermonem quidem fuisse hac de re Plutarchus usquam

Digitized by Google

nobiscum communicat, neque Tacitus, qui c. 52 Vitellium a Valente instigatum esse tradit, illum dubitasse dicit. Itaque textus corruptus esse videtur. Atque Mendelssohn leni mutatione scribendum proposuit τῆς μὲν πρόσθεν ἡμέρας, ita ut aquiliferi in castra Vitellii adventus significaretur. Ita omnia bene se habent. Incerto nuntio adlato Vitellius dubitabat et timebat, postero die a Valente excitatus imperium accepit. Πρόσθεν scribendum, quia ἔμπροσθεν cum ἡμέρα non coniungitur (cf. Xen. An. II, 3, 1 τῇ μὲν πρόσθεν ἡμέρᾳ . . . τότε δὲ etc. Hoc igitur Plutarchus aliunde hausit[1]). — Eo suspectius est quod deinde legimus. Mirandum enim, quod Suetonium diligentissimum eius modi fabellarum conquisitorem haec quidem fugit (cf. Vit. c. 8). Credas fortasse propter additum verbum φασὶν Plutarchum integram praebere narratiunculum, quam auribus perceperit, sed ex eius modi additamentis nihil concludi posse infra videbimus. Qua re ex hoc loco nihil concluserim, sed quae discrepant apud Plutarchum alio modo sunt explicanda[2]). Sed haec hactenus.

---

1) Krauss adn. 22 recte Clasonio obsistit, qui p. 31 haec Plutarchi verba orta esse censet ex Tac. c. 57, 7 *scires illum* (exercitum superiorem) *priore biduo non penes rem publicum fuisse.*

2) Equidem Plutarchum memoriae vitio duas res diversas a Tacito seorsum narratas in unum contraxisse suspicor. Tacitus enim, postquam c. 57 Vitellium imperatorem consalutatum esse narravit, c. 58—61 quid in ceteris provinciis acciderit exponit — quod Plutarchus praetermittit — et c. 62 ad Vitellium redit atque de titulis principatus haec exhibet v. 6 sq. *torpebat Vitellius et*

Digitized by Google

Ultima capitis verba plane concinunt cum Tacito:

v. 39—42 εὐθὺς δὲ καὶ τὸ μετὰ Φλάκκου στράτευμα τοὺς καλοὺς ἐκείνους καὶ δημοκρατικοὺς εἰς σύγκλητον ὅρκους ἀφέντες ὤμοσαν Οὐιτελλίῳ τῷ αὐτοκράτορι ποιήσειν τὸ προστασσόμενον.	c. 57, 5 sq. *superior exercitus speciosis senatus populique Romani nominibus relictis tertium non. Jan. Vitellio accessit.*

Plutarchus superiorem exercitum recte nomine ducis significat; ipsam rem plurimis verbis exprimit neque tamen quo die acciderit denotat. Eadem igitur scribendi ratio, cuius exempla iam observavimus, hic quoque cernitur. Plutarchus multas res plane omittit sed eas, quas retinet, magna cum loquacitate exponit. Quae ratio per utramque vitam valet.

Cap. XXIII redit scriptor ad res in urbe gestas. Primis verbis v. 1—2 οὕτως μὲν ἀνηγορεύθη Οὐιτέλλιος αὐτοκράτωρ ἐν Γερμανίᾳ quod modo narravit iterum

---

fortunam principatus inerti luxu ac prodigis epulis praesumebat, medio diei temulentus et sagina gravis et v. 10 sq. *instructi intentique* (milites) *signum profectionis exposcunt nomine Germanici Vitellio statim addito etc.* Fortasse Plutarchus, qui c. 57 nihil amplius de Vitellio inveniret, ceteris praetermissis statim ad c. 62 transiit et exornandi studio ductus quae Tacitus de inertia et luxuria Vitellii narrat ad rem prorsus aliam rettulit. Singula enim sibi respondent: *temulentus* et οἴνου διάπλεων, *medio diei* ... *sagina gravis* et διάπλεων ... τροφῆς ὄντα μεσημβρινῆς. Quae coniectura, quamvis sit incerta, tamen eo commendatur, quod Tacitus in eodem nexu de titulis agit atque plane idem refert quod Plutarchus. — Itaque Nissenio concedere nequeo, Tacitum, qui res tetras silentio praeterire soleat, hoc loco de industria omisisse, ebrium fuisse Vitellium, cum imperator salutaretur (Nissen p. 512).

Digitized by Google

repetit. v. 2—3 πυθόμενος δὲ τὸν ἐκεῖ νεωτερισμὸν ὁ Γάλβας οὐκέτι τὴν εἰσποίησεν ἀνεβάλλετο, quibus nihil novi adfertur, ex rerum condicione composita et ex Tac. c. 14, 1 sq. sumpta esse possunt *sed Galba post nuntios Germanicae seditionis, quanquam nihil adhuc de Vitellio certum, . . . comitia imperii transigit.* Ne hic quidem singula curat, sed in universum loquitur de νεωτερισμῷ.

Adoptionem brevissime absolvit: v. 3—10 γινώσκων δὲ τῶν φίλων ἐνίους μὲν ὑπὲρ Δολαβέλλα, τοὺς δὲ πλείστους ὑπὲρ Ὄθωνος ἀρχαιρεσιάζοντας, ὧν οὐδέτερον ἐδοκίμαζεν αὐτός, ἄφνω μηδὲν προειπὼν μετεπέμψατο Πείσωνα, Κράσσου καὶ Σκριβωνίας ἔκγονον, οὓς Νέρων ἀνῃρήκει, νεανίαν ἐν τῇ πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν εὐφυΐᾳ τὸ κόσμιον καὶ αὐστηρὸν ἐμφανέστατα ἔχοντα, καὶ κατέβαινεν εἰς τὸ στρατόπεδον ἐκεῖνον ἀποδείξων Καίσαρα καὶ διάδοχον. His comprehenduntur, quae Tacitus c. 14—16 prodit. Complures Dolabellae favisse cum Tacitus non memoret, ex alio fonte haustum est. Cetera exstant. Plurimos ab Othone stetisse ex Tac. c. 13, 21 scire potuit *faventibus plerisque militum, prona in eum aula Neronis ut similem.* Quod vero de Galbae amicis hoc accipit, neglegentia id factum neque veri simile, nam Tacitus c. 13 Laconem et Icelum Othoni obstitisse certissime adfirmat. Galbam Othoni non fuisse amicum per se apparebat. Pisonem commemorat c. 14, 6 sq. *pauca praefatus* [1]) *de sua senectute Pisonem Licinianum*

1) Clason p. 6 hinc neglegentia ortum esse putat Plutarchi μηδὲν προειπών, sed Krauss adn. 22 haec conferri posse iure negavit

Digitized by Google

arcessi iubet .... Piso M. Crasso et Scribonia genitus [1]), *nobilis utrimque, vultu habituque* [2]) *moris antiqui ....* c. 17, 5—7 *consultatum inde, pro rostris .... an in castris adoptio nuncuparetur. iri in castra placuit.*

v. 10—16 καίτοι μεγάλαι μὲν εὐθὺς ἐξιόντι διοσημίαι παρηκολούθουν, ἀρξαμένου δὲ τὰ μὲν λέγειν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, τὰ δὲ ἀναγινώσκειν, τοσαυτάκις ἐβρόντησε καὶ κατήστραψε, καὶ τοσοῦτος ὄμβρος καὶ ζόφος ἐξεχύθη εἰς τὸ στρατόπεδον καὶ τὴν πόλιν, ὡς κατάδηλον εἶναι μὴ προσιέμενον μηδὲ ἐπαινοῦν τὸ δαιμόνιον γινομένην οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τὴν εἰσποίησιν.	v. 18, 1 sq. *quartum idus Januarias, foedum imbribus diem, tonitrua et fulgura et caelestes minae ultra solitum turbaverant. observatum id antiquitus comitiis dirimendis non terruit Galbam, quo minus in castra pergeret ...*

Plutarchus ne unam quidem rem profert, quae a Tacito praetermissa sit, sed omnia valde distrahit et in caelestibus minis tenebras quoque commemorat. Denique Galbam orationem partim pronuntiantem partim legentem facit [3]). Hoc, quoniam abhorret a Tacito

---

Plutarchus — id quod a Tacito omissum est, sed ex sententiarum nexu et ex c. 14, 10 *callide ut ignotum fovebat* apparet — dicere vult, Galbam consilium antea cum nemine communicasse.

1) Quorum de morte nihil invenitur in historiis. Plutarchus id ex alio fonte cognitum habebat, cum Neronis quoque vitam conscripsisset, videlicet ante hanc vitam.

2) His mirum quantum respondet Plutarchi ἐμφανέστατα ἔχων. Ex *nobilis utrimque* fortasse errore ortum est illud ἐν τῇ πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν εὐφυΐᾳ.

3) Haec verba — ut Mommsen p. 306 adn. 4 coniecit et Lange p. 62 atque Sickinger l. l. p. 84 repetunt — errore et neglegentia ex Tac. c. 18, 8 *quo vir virum legeret, pronuntiat* orta esse non crediderim. Sane Mommsen recte dicit in adoptione nihil recitari

Digitized by Google

c. 18, 6 *imperatoria brevitate adoptari a se Pisonem .... pronuntiat*, Plutarchi studio narrationis exornandae adscripserim, qui omnino hoc loco summam exhibet loquacitatem.

v. 16—20 ἦν δὲ καὶ τὰ τῶν στρατιωτῶν ὕπουλα καὶ σκυθρωπὰ μηδὲ τότε δωρεᾶς αὐτοῖς δοθείσης. τοῦ δὲ Πείσωνος οἱ παρόντες ἐθαύμασαν τῇ τε φωνῇ τεκμαιρόμενοι καὶ τῷ προσώπῳ τὸ τηλικαύτην χάριν ἀνεμπλήκτως, οὐ μὴν ἀναισθήτως δεχόμενον.

c. 18, 13 sq. *per ceteros (milites) maestitia ac silentium, tanquam usurpatam etiam in pace donativi necessitatem bello perdidissent* c. 17, 1 sq. *Pisonem ferunt statim intuentibus et mox coniectis in eum omnium oculis nullum turbati aut exsultantis animi motum prodidisse. sermo . . . reverens . . . moderatus; nihil in vultu habituque mutatum.*

Haec concinunt, nisi quod Plutarchus Taciti narratione leniter exornata Pisonis animi tranquillitatem et facie et oratione apparuisse prodit, quae res non magni est momenti.

Adoptionem Plutarchus magnopere coartavit. A Tacito enim tria distinguuntur: 1) amicorum et familiarium concilium, ubi Galba consilio suo promulgato orationem habet ad Pisonem (c. 14—17); quo loco

---

solitum esse, sed Krauss adn. 10 obicit, de tabula hic non agi, sed de oratione, quam Galba ad milites habere voluerit et partim de scripto recitaverit. Idem Plutarchus G. 14 de Nymphidio narrat λόγον τινὰ κομίζων ἐν βιβλίῳ γεγραμμένον ὑπὸ Κιγγωνίου Οὐάρρωνος, ὃν ἐκμεμελετήκει πρὸς τοὺς στρατιώτας εἰπεῖν. Plutarchus notionem, quae est una, in partes, quibus constat, dividere amat: velut vocem adoptionis semper compluribus verbis vertit.

Digitized by Google

novum Caesarem vultum non mutasse tradit. 2) Nuncupatio in castris facta (c. 18); 3) Pisonis in senatum inductio (c. 19). Primam rem Plutarchus neglegit et Galbam Pisone accito statim in castra ivisse tradit; cum vero de Pisonis constantia non posset tacere, eam alio loco attulit, loco parum apto. Tertium item non adfert. Itaque Tacitus et diligentius et aptius adoptionem descripsit.

Huc adnectit Plutarchus quae de Othonis animi perturbatione in fonte invenit:

v. 20—22 ὥσπερ αὖ τοῦ Ὄθωνος ἐπεφαίνετο πολλὰ σημεῖα τῇ μορφῇ πικρῶς καὶ σὺν ὀργῇ τῆς ἐλπίδος τὴν ἀπότευξιν φέροντος.	c. 21, 1 sq. *interea Othonem, cui compositis rebus nulla spes, omne in turbido consilium, multa simul exstimulabant... in Galbam ira...*

Plutarchus, si verba eius premimus, Othonem adoptioni interfuisse et vultu multa desperationis signa edidisse memorat, haud dubie ut eum Pisoni constantiam servanti opponat. Contra ex Tacito c. 14, 4—6 *adhibitoque super Vinium ac Laconem Mario Celso . . . ac Ducenio Gemino* constat, Othonem ipsi adoptioni non interfuisse. Plutarchum igitur singulis rebus neglectis hoc loco nihil aliud egisse perspicimus, nisi ut antithesi oratoria duos imperii candidatos compararet [1]). Quae pergit dicere de Othone omnia apud Tacitum exstant:

1) Fortasse voce *interea* adductus est, quam angustius interpretaretur.

Digitized by Google

v. 22—27 ἧς πρῶτος ἀξιωθεὶς καὶ τοῦ τυχεῖν ἐγγυτάτω γενόμενος τὸ μὴ τυχεῖν ἐποιεῖτο σημεῖον ἔχθους ἅμα καὶ κακονοίας τοῦ Γάλβα πρὸς αὐτόν. ὅθεν οὐδὲ ἄφοβος ἦν περὶ τοῦ μέλλοντος, ἀλλὰ καὶ τὸν Πείσωνα δεδιὼς καὶ τὸν Γάλβαν προβαλλόμενος καὶ τῷ Οὐινίῳ χαλεπαίνων ἀπῄει πολλῶν παθῶν πλήρης.	c. 21, 1 sq. *compositis rebus nulla spes . . . in Galbam ira, in Pisonem invidia; fingebat et metum, quo magis concupisceret: praegravem se Neroni fuisse, nec Lusitaniam rursus et alterius exilii honorem exspectandum. suspectum semper invisumque dominantibus, qui proximus destinaretur. nocuisse id sibi apud senem principem, magis nociturum apud iuvenem . . .*

Haec Plutarchus sumere potuit e Tacito, cuius vivae narrationi quasi nervos detraxit eamque multo ieiuniorem reddidit. Duo videntur differre. Othonem enim Vinio quoque iratum esse memorat, sed hoc et facile conligere potuit et propterea fecit, quod hoc loco omnes enumerat, in quos Otho iracundiam effundere potuerit. Deinde Othonem indignationis plenum abeuntem facit, quod addere debebat, ne aberraret ab imagine, quam ipse finxit.

De astrologis uterque idem exhibet:

v. 27—33 οὐδὲ γὰρ τὸ ἐλπίζον ἐκλιπεῖν, οὐδὲ ἀπαγορεῦσαι παντάπασιν, εἴων οἱ περὶ αὐτὸν ὄντες ἀεὶ μάντεις καὶ Χαλδαῖοι, εἰς τὰ μάλιστα δὲ Πτολεμαῖος ἰσχυριζόμενος τῷ προειπεῖν πολλάκις, ὡς οὐκ	c. 22, 5 sq. *urguentibus etiam mathematicis . . . e quibus Ptolemaeus Othoni in provincia comes, cum superfuturum eum Neroni promisisset, postquam ex eventu fides, coniectura iam et rumore se-*

Digitized by Google

ἀποκτενεῖ Νέρων αὐτόν, ἀλλὰ τεθνήξεται πρότερος, αὐτὸς δὲ περιέσται καὶ ἄρξει Ῥωμαίων· ἐκεῖνο γὰρ ἀληθὲς ἀποδείξας ἠξίου μηδὲ ταῦτα ἀπελπίζειν.	*nium Galbae et iuventam Othonis computantium persuaserat fore, ut in imperium adscisceretur.*

Vaticinium Ptolemaei, quem recte Chaldaeum vocat — nam mathematicos ita appellatos esse satis constat — plurimis verbis prave exprimit. Nam ex eius ipsius verbis ἐκεῖνο γὰρ ἀληθὲς ἀποδείξας et ex Tac. *postquam ex eventu fides* illum Nerone vivo non promisisse apparet, Othonem imperium adepturum sed tantum Neroni superfuturum. Illud de futuro imperio vaticinium tum demum edidit. Itaque non aliam relationem secutus est Plutarchus, sed erravit, cum fontem non verteret ad verbum, sed ex memoria exprimeret. Quem fontem non fuisse Tacitum comprobari nequit. Etiam si communem fontem statuamus, Plutarchum errasse tenendum est; sed si alium scriptorem hoc modo depravare potuit, Tacitum quoque potuit depravare.

In fine quoque capitis errorem inesse puto:

v. 33—37 οὐχ ἥκιστα δὲ οἱ συναχθόμενοι κρύφα καὶ συνεπιστένοντες ὡς ἀχάριστα πεπονθότι. πλεῖστοι δὲ τῶν περὶ Τιγελλῖνον καὶ Νυμφίδιον ἐν τιμῇ γεγονότων ἀπερριμμένοι τότε καὶ ταπεινὰ πράττοντες ἐφθείροντο πρὸς αὐτὸν καὶ συνηγανάκτουν καὶ παρώξυνον.	c. 22, 2 sq. *intimi libertorum servorumque corruptius quam in privata domo habiti aulam Neronis et luxus . . . avido talium, si auderet, ut sua ostentantes quiescenti ut aliena exprobrabant.*

Haec, ubi eadem loquacitas cernitur, quanquam a Tacito discrepare videntur, tamen non sunt diversa. Statim enim in eo offendimus, quod uterque de eadem re similem et tamen diversam exhibet relationem [1]). Quid in communi aliquo fonte scriptum fuerit, difficile est dictu. Utrumque? Parum veri simile. Itaque alterum scriptorem memoria falsum prava tradere existimo atque Plutarchum suspicor, quae Tacitus de libertis servisque (sc. Othonis) narraret, verbis *corruptius quam in privata domo habiti* male intellectis falso de Neronis comitibus et libertis accepisse. Tigellinum et Nymphidium eo facilius nominare potuit, quod Tacitus c. 24, 1 dicit *flagrantibus iam militum animis velut faces addiderat Maevius Pudense proximis Tigellini et* c. 25, 8 *stimulant primores militum per beneficia Nymphidii ut suspectos.* Quae praecedunt de συναχθομένοις etc. perinde atque extrema verba nihil sunt nisi exornatio copiosa et eadem languida. Ex hoc exemplo denuo intellegitur, quanta usus sit libertate Plutarchus in singulis componendis.

Cap. XXIV, ubi coniurationis apparatus describitur, nihil exstat, quod a Tacito alienum sit.

v. 1—6 ἐν δὲ τούτοις Οὐετούριος καὶ Βάρβιος, ὁ μὲν ὀπτίων, ὁ δὲ τεσσεράριος· οὕτω γὰρ καλοῦνται οἱ διαγγέλων καὶ διοπτήρων ὑπηρεσίας τε-	c. 25, 1 sq. *sed tum e libertis Onomastum futuro sceleri praefecit, a quo Barbium Proculum tesserarium speculatorum et Veturium optio-*

1 Qua re non adfirmaverim cum Kraussio p. 7, peculiarem fuisse Plutarcho fontem.

Digitized by Google

λοῦντες. μεθ' ὧν Ὄθωνος ἀπελεύθερος Ὀνόμαστος ἐπιφοιτῶν τοὺς μὲν ἀργυρίῳ, τοὺς δὲ ἐλπίσι διέφθειρεν ἤδη σαθροὺς ὄντας καὶ δεομένους προφάσεως.

nem eorundem perductos . . . pretio et promissis onerat data pecunia ad pertemptandos plurium animos . . . suspensos ceterorum animos diversis artibus stimulant 1).

Uterque eosdem homines nominat, sed quae ratio inter eos intercesserit, Plutarchus non curat. ἀργυρίῳ et ἐλπίσι respondent *pretio et promissis*, ἤδη σαθροὺς ὄντας=*suspensos animos*. Sed voces tesserarii et optionis, cum et ipse sit Graecus et Graecis scribat lectoribus, explicat addito οὕτω-τελοῦντες 2).

---

1) Adoptio facta est IV id. Jan. (10. Januar), caesus est Galba XVIII kal. Febr. (15. Januar). Heraeus singula coniurationis momenta per singulos huius quadridui dies distribuere conatur. Sed frustra. Adv. tum (Tac. c. 25, 1) de III id. Jan. accipit et Barbii Veturiique machinationes in sequentem diem cadere opinatur. Quo fundamento incerto utitur ad locum Tac. c. 26, 4 explicandum, quo Otho postero iduum Jan. die (ita Wölfflin locum constituit) paene imperator consalutatus esse dicitur. Atque *posterum iduum diem* ipsas idus esse vult, ita ut *posterus* pertineat ad praecedentem diem. Sed cum nullus dies accurate sit definitus, ad quem possit referri, illa explicatio stare non potest, desperandumque singulos dies discernere. Quem vero adfert Heraeus locum conclamatum Cic. pro Sulla § 52 *posterum diem nonarum Novembrium*, hic locus a Johnio (Jahrbücher 1876 suppl. VII, p. 783) recte explicatus est, a quo Mommsenii sententia (Herm. I, p. 433), quam Heraeus sequitur, refutatur. Eadem interpretatio hic quoque locum habet, atque intellegendus est dies, qui idus secutus est.

2) Nissen p. 504 Plutarchi explicationem διοπτὴρ ineptam et ex nomine speculatoris coniectura conlectam putat, et addidisse eum διάγγελος, cum speculatores nuntiorum munere functos esse sciret. Sed Sickinger l. l. p. 65 recte Nissenium impugnat et eo nisus, quod Plut. G. 26 *speculator* recte vertat τῶν οὐκ ἀσήμων ἐν τοῖς δορυφόροις, ipsa verba explicari contendit, ita ut διάγγελος respondeat tesserario, διοπτὴρ coniectura factus sit ex optione.

Digitized by Google

Adicit suum de his machinationibus iudicium: v. 6—9 οὐ γὰρ ἦν ἡμερῶν τεσσάρων ἔργον ὑγιαίνοντος στρατοπέδου μεταστῆσαι πίστιν, ὅσαι μεταξὺ τῆς εἰσποιήσεως ἐγένοντο καὶ τῆς σφαγῆς. ἕκτῃ γὰρ ἀνῃρέθησαν, ἣν ἄγουσι Ῥωμαῖοι πρὸ δεκαοκτὼ καλανδῶν Φεβρουαρίων. Coniurationis consilium num subitum fuerit, Tacitus quoque dubitat c. 23, 1 sq. *sed sceleris cogitatio incertum an repens studia militum iam pridem . . . . adfectaverat;* quattuor dies intercessisse inter adoptionem et caedem adnotat c. 19, 5 *sequenti quadriduo, quod medium inter adoptionem et caedem fuit;* sexto demum die caedem factam esse, Plutarchus ipse computavit; qui vero fuerit dies Tacitus tradit c. 27, 1 *octavo decimo kalendas Februarias.*

Galbae sacrificium Plutarchus rursus, quanquam pluribus utitur verbis, tamen non tam diligenter describit quam Tacitus:

v. 10—16 ἐκείνῃ γὰρ ἕωθεν εὐθὺς ὁ μὲν Γάλβας ἔθυεν ἐν Παλατίῳ τῶν φίλων παρόντων, ὁ δὲ θύτης Ὑμβρίκιος ἅμα τῷ λαβεῖν εἰς τὰς χεῖρας τοῦ ἱερείου τὰ σπλάγχνα καὶ προσιδεῖν οὐ δι' αἰνιγμῶν, ἀλλ' ἄντικρυς ἔφη σημεῖα μεγάλης ταραχῆς καὶ μετὰ δόλου κίνδυνον ἐκ κεφαλῆς ἐπικείμενον τῷ αὐτοκράτορι, μονονουχὶ τὸν Ὄθωνα τοῦ θεοῦ χειρὶ ληπτὸν παραδιδόντος.	c. 27, 1 sq. *sacrificanti pro aede Apollinis Galbae haruspex Umbricius tristia exta et instantes insidias ac domesticum hostem praedicit.*

Sane Plutarchus aliqua solus exhibet, sed ἕωθεν factum esse sacrificium et amicos principis adfuisse consenta-

Digitized by Google

neum est et ipse potuit adicere. Sacrum et haruspicis vaticinium multo uberius enarrat, ut aliqua velut οὐ δι' αἰνιγμῶν ἀλλ' ἀντικρύς paene claudicent. Itaque in hunc locum idem valere conici licet quod observavimus G. c. 19 et 20. Sed non est necesse, omniaque additamenta Plutarcho ipsi possunt vindicari. Locum vero sacrificii minus accurate omnino Palatium fuisse dicit. Postremo quod adfert suum ipsius iudicium, eo transit ad sequentia: v. 16—17 παρῆν γὰρ ὄπισθεν τοῦ Γάλβα καὶ προσεῖχε τοῖς λεγομένοις καὶ δεικνυμένοις ὑπὸ τοῦ Ὀμβρικίου. Quae Tacitus exprimit c. 27, 3 *audiente Othone (nam proximus adstiterat).* Ubi adv. ὄπισθεν non presserim, cum hic quoque eadem verbositas se iactet. Iam vero videtur esse dissensio:

v. 17—18 θορυβουμένῳ δὲ αὐτῷ καὶ χρόας ἀμείβοντι παντοδαπὰς ὑπὸ δέους	c. 27, 4 *idque ut laetum e contrario et suis cogitationibus prosperum interpretante.*

Verum cum eius modi res nemo certo scire sed sola coniectura adsequi possit, non est haerendum. Si communem esse fontem adfirmemus, tamen alterum eum liberius expressisse cogitandum. Atque quia totiens iam errare cognovimus Plutarchum, ut qui non ad verbum verteret fontem, sed gravissimas res memoria tenens singula ipse conscriberet, eo minus propter hunc locum alium fontem statuerim.

v. 19—20 παραστὰς Ὀνόμαστος ἀπελεύθερος ἥκειν ἔφη καὶ περιμένειν αὐτὸν οἴκοι τοὺς ἀρχιτέκτονας.	c. 27, 6 *Onomastus nuntiat exspectari eum ab architecto et redemptoribus.*

Digitized by Google

Plutarchus redemptores omittit, sed οἶκοι addit et complures inducit architectos, quae discrepantia est levissima. Hoc fuisse signum compositum uterque adicit:

v. 20—21 ἦν δὲ σύμβολον καιροῦ, πρὸς ὃν ἔδει ἀπαντῆσαι τὸν Ὄθωνα τοῖς στρατιώταις.	v. 7 *quae significatio coeuntium iam militum et paratae coniurationis convenerat.*

sed paulo aliter eandem sententiam exprimunt. Fugam Othonis Plutarchus in angustum cogit:

v. 21—26 εἰπὼν οὖν, ὅτι παλαιὰν ἐωνημένος οἰκίαν βούλεται τὰ ὕποπτα δεῖξαι τοῖς πωληταῖς, ἀπῆλθε, καὶ διὰ τῆς Τιβερίου καλουμένης οἰκίας καταβὰς ἐβάδιζεν εἰς ἀγοράν, οὗ χρυσοῦς εἱστήκει κίων, εἰς ὃν αἱ τετμημέναι τῆς Ἰταλίας ὁδοὶ πᾶσαι τελευτῶσιν.	v. 8—12 *Otho causam digressus requirentibus cum emi sibi praedia vetustate suspecta eoque prius exploranda finxisset, innixus liberto per Tiberianam domum in Velabrum, inde ad miliarium aureum sub aedem Saturni pergit.*

Haec adeo congruunt, ut Tacitum Plutarchi fontem esse potuisse non sit negandum. Sed vertit fontem, quatenus memoria tenuit. Itaque Velabrum omittit neque diligenter memoriae mandavit, quid potissimum Otho simularet; simile enim aliquid profert, non plane idem. οἰκίαν enim, non praedium, et domum non emi, sed emptam iam esse dicit. Miliarium aureum, quod ipse vidit, quid fuerit breviter explicat.

Cap. XXV quoque universum ex Tacito potuit haurire:

Digitized by Google

v. 1—3 ἐνταῦθα τοὺς πρώτους ἐκδεξαμένους αὐτὸν καὶ προσειπόντας αὐτοκράτορά φασι μὴ πλείους τριῶν καὶ εἴκοσι γενέσθαι.	c. 27, 12 sq. *ibi tres et viginti speculatores consalutatum imperatorem (sc. rapiunt).*

Nihil discrepat, nisi quod addit Plutarchus φασί, quasi res incerta sit. φασὶ ex fonte aliquo exscriptum esse opus non est. Eodem iure de Tacito potest accipi, quem hoc verbo significet. Ceterum et hoc loco et infra Plutarchus in dulci et diffuso genere loquendi summa cum voluptate versatur.

v. 3—5 διό, καίπερ οὐ κατὰ τὴν τοῦ σώματος μαλακίαν καὶ θηλύτητα τῇ ψυχῇ διατεθρυμμένος, ἀλλ' ἰταμὸς ὢν πρὸς τὰ δεινὰ καὶ ἄτρεπτος, ἀπεδειλίασεν.	v. 13 *ac paucitate salutantium trepidum.*

Illud de Othone iudicium iam pridem edidit Tacitus c. 22, 1 *non erat Othonis mollis et corpori similis animus.* Has duas res Plutarchus ita coniungit, ut Othonis pavori opponat veram eius naturam. Fugit vero eum, quod ita iis quodam modo repugnat, quae G. 24, 17—18 de Othone metum vultu monstrante dixerat. Quae sequuntur non plus praebent quam Tacitus:

v. 5—8 οἱ δὲ παρόντες οὐκ εἴων, ἀλλὰ τοῖς ξίφεσι γυμνοῖς περιϊόντες αὐτοῦ τὸ φορεῖον ἐκέλευον αἴρεσθαι, παραφθεγγομένου πολλάκις ἀπολωλέναι καὶ τοὺς φορειαφόρους ἐπιταχύνοντος.	v. 13—14 *trepidum et sellae festinanter impositum strictis mucronibus rapiunt.*

Fortasse Plutarchus uberiorem aliquem fontem contraxit, sed distendendo et amplificando omnia ex Tacito compo-

4

Digitized by Google

nere potuit. Neque enim quae narrat ea sunt, unde quicquam novi comperiamus [1]).

v. 8—14 ἐξήχουν γὰρ ἔνιοι θαυμάζοντες μᾶλλον ἢ ταραττόμενοι διὰ τὴν ὀλιγότητα τῶν ἀποτετολμημένων. φερομένῳ δὲ οὕτω δι' ἀγορᾶς ἀπήντησαν ἕτεροι τοσοῦτοι, καὶ πάλιν κατὰ τρεῖς καὶ τέτταρας ἄλλοι προσεπέλαζον. εἶτα συνανέστρεφον ἅπαντες ἀνακαλούμενοι Καίσαρα καὶ γυμνὰ τὰ ξίφη προϊσχόμενοι.	v. 14—16 *totidem ferme milites in itinere adgregantur, alii conscientia, plerique miraculo, pars clamore et gaudiis, pars silentio, animum ex eventu sumpturi.*

Certe Plutarchus hic quoque diligentior esse videtur, neque tamen alium fontem subesse a Tacito comprehensum concludi potest. Qui cum totidem fere milites toto itinere adgregatos esse dicere velit et de eorundem militum animis et studiis exponat, Plutarchum hoc male intellexisse et *alii* . . . *plerique* . . . *pars* . . . *pars* ad alios milites rettulisse conicio, qui praeterea se adiunxissent. Itaque non dubito, quin hoc loco Plutarchus inspexerit ipsum Tacitum et quae non perspiceret suo arbitrio exornaverit. Qua de causa ne de ceteris quidem desperandum, sed Plutarcho ipsi possunt vindicari. Velut quae adfert ad pavorem Othonis explicandum inventa et ex Tacito conlecta sunt.

1) Fieri potest, ut Taciti verba *strictis mucronibus rapiunt* non intellexerit. Quae cum ita essent interpretanda, ut milites Othonis tuendi causa gladios stringerent, Plutarchus eos gladiis minantes impedivisse putavit, quo minus Otho a coepto desisteret.

Digitized by Google

Quod milites non adgregatos sed obvios factos esse dicit, non est premendum. Bis vero Othonem ab iisdem imperatorem consalutatum esse non est probabile; etiam gladii stricti, quos iterum commemorat, suspicionem movent, Plutarchum nimiae loquacitati indulgentem quae iam narrasset repetisse.

Altera huius capitis parte Plutarchus multo brevior est:

v. 14—16 τῶν δὲ χιλιάρχων ὁ τὴν φυλακὴν ἔχων τοῦ στρατοπέδου Μαρτίαλις, ὥς φασι, μὴ συνειδώς, ἐκπλαγεὶς δὲ τῷ ἀπροσδοκήτῳ καὶ φοβηθεὶς ἐφῆκεν εἰσελθεῖν.	c. 28, 1 *stationem in castris agebat Julius Martialis tribunus. is magnitudine subiti sceleris, an corrupta latius castra et, si contra tenderet, exitium metuens, praebuit plerisque suspicionem conscientiae.*

Cum Tacitus utrum conscius fuerit Martialis necne in dubio relinquat, Plutarchus inscium eum fuisse tradit. Idem observavimus de Vinio et Othone (Plut. c. 21, 1—5 et Tac. c. 13) [1]. Quae in castris acciderunt Plut. statim absolvit:

v. 16—20 γενομένῳ δὲ ἐντὸς οὐδεὶς ἀντέπεσεν. οἱ γὰρ	c. 28, 4 *anteposuere ceteri quoque tribuni centuriones-*

1) Si Nissenium p. 506 sequeremur, in communi fonte duae erant relationes, quarum altera Martialis incusaretur, altera defenderetur; atque Tacitus illam, Plutarchus hanc recepit. Hoc non crediderim. Nam quod addit Plutarchus ὥς φασι, hoc non necesse est ex fonte exscriptum esse, sed potest spectare ad *praebuit plerisque*, et fortasse vocem conscientiae idem esse ratus, quod bonam conscientiam, qua vi interdum usurpatur, diversum effecit.

Digitized by Google

ἀγνοοῦντες τὰ πραττόμενα τοῖς εἰδόσι καὶ συνεστῶσιν ἐκ παρασκευῆς ἐμπεριεχόμενοι καθ' ἕνα καὶ δύο σποράδες ὑπὸ δέους τὸ πρῶτον, εἶτα πεισθέντες ἐπηκολούθησαν.

que praesentia dubiis et honestis, isque habitus animorum fuit, ut pessimum facinus auderent pauci, plures vellent, omnes paterentur.

In hoc sententiarum nexu plura non legimus apud Tacitum, sed c. 36—38 quae in castris evenerint diligentissime describit: c. 36, 6 sq. *strepere cuncta clamoribus et tumultu et exhortatione mutua, non tanquam in populo ac plebe variis segni adulatione vocibus, sed ut quemque adfluentium militum adspexerant, prensare manibus, complecti armis, conlocare iuxta, praeire sacramentum etc.* Itaque is quoque prodit, neminem restitisse, sed eos qui inscii accurrerent, a consciis paene invitos ad sacramentum Othonis perductos esse. γενομένῳ — ἀντέπεσεν ex re ipsa factum est.

Redit Plutarchus ad Galbam et prorsus consentit:

v. 20 – 24 εἰς δὲ τὸ Παλάτιον εὐθὺς μὲν ἀπηγγέλη τῷ Γάλβᾳ παρόντος ἔτι τοῦ θύτου καὶ τῶν ἱερῶν ἐν χερσὶν ὄντων, ὥστε καὶ τοὺς πάνυ πρὸς τὰ τοιαῦτα δυσπειθῶς καὶ ἀτενῶς ἔχοντας ἐκπλήττεσθαι καὶ θαυμάζειν τὸ θεῖον.

c. 29, 1 — 4 *ignarus interim Galba et sacris intentus fatigabat alieni iam imperii deos, cum adfertur rumor rapi in castra incertum quem senatorem, mox Othonem esse, qui raperetur.*

Plutarchus denuo sacrificium pluribus verbis attingit, deinde Palatium nominat, quod intellegendum esse per se apparet, neque reticere potest, quid ipse sentiat

Digitized by Google

de hoc facto. Communem fontem quaerere ne hoc quidem loco cogimur. Magna multitudo accurrit:

v. 24 ὄχλου δὲ παντοδαποῦ συρρέοντος ἐξ ἀγορᾶς.	v. 4 *simul ex tota urbe, ut quisque obvius fuerat (sc. aderat).* c. 32, 1 *universa iam plebs Palatium implebat.*

Sequitur apud Plutarchum locus mirus v. 24—26 αὐτῷ μὲν Οὐίνιος καὶ Λάκων καὶ τῶν ἀπελευθέρων ἔνιοι γυμνὰ τὰ ξίφη προϊσχόμενοι παρέστησαν, ubi rursus gladios strictos invenimus. Simile quid apud Tacitum non exstat. De hoc loco cf. p. 56 adn.[1]). Deinde brevi adnotatione exprimit quae Tacitus amplius enarrat:

v. 26—27 ὁ δὲ Πείσων προελθὼν τοῖς φυλάττουσι τὴν αὐλὴν δορυφόροις ἐνετύγχανε.	c. 29, 6 sq. *placuit pertemptari animum cohortis, quae in Palatio stationem agebat . . . Piso pro gradibus domus vocatos in hunc modum adlocutus est.*

Oratione Pisonis omissa Plutarchus caput ad finem perducit his verbis:

v. 27—30 τοῦ δ' Ἰλλυρικοῦ τάγματος ἐν τῇ καλουμένῃ παστάδι Βιψανίᾳ στρατοπεδεύοντος ἀπεστάλη Μάριος Κέλσος, ἀνὴρ ἀγαθός, προκαταληψόμενος.	c. 31, 4 *missus et Celsus Marius ad electos Illyrici exercitus Vipsania in porticu tendentes.*

Eadem intercedit ratio: ἀνὴρ ἀγαθός et προκαταληψόμενος ex narrationis conexu effecit, sed quod Taci-

1) Kraussio non concesserim, hoc ex alio fonte manasse.

Digitized by Google

tus eodem loco alios ad alias copias missos esse tradit, hoc silentio praeterit.

Cap. XXVI universum potest haustum esse e Tacito, ita ut Plutarchus narrationem eius coartaverit:

v. 1—4 βουλευομένου δὲ τοῦ Γάλβα προελθεῖν καὶ Οὐινίου μὲν οὐκ ἐῶντος, Κέλσου [1]) δὲ καὶ Λάκωνος παρορμώντων καὶ σφοδρότεον τοῦ Οὐινίου καθαπτομένων, θροῦς διῆλθε πολύς, ὡς ἀνῃρημένου τοῦ Ὄθωνος ἐν τῷ στρατοπεδῷ.	c. 32, 8 sq. *interim Galbam duae sententiae distinebant: T. Vinius manendum intra domum ... censebat* ... c. 33, 1 *festinandum ceteris videbatur* . . . v. 12 *repugnantem huic sententiae Vinium Laco minaciter invasit stimulante Icelo* ... c. 34, 1 *Galba* . . . *speciosiora suadentibus accessit. praemissus tamen in castra Piso* . . . *vixdum egresso Pisone occisum in castris Othonem vagus primum et incertus rumor.*

Plutarchi igitur verba omnia apud Tacitum invenimus, sed nihil ille praebet nisi narrationis ossa, quae Tacitus carne ac musculis induerit. Velut singulas sententias prolatas non persequitur, neque Pisonem in castra praemissum esse narrat, neque quae plura de illo rumore Tacitus exhibet.

v. 4—9 καὶ μετὰ μικρὸν ὤφθη Ἰούλιος Ἄττικος, τῶν οὐκ ἀσήμων ἐν τοῖς δορυφόροις στρατευόμενος,	c. 35, 9 sq. *obvius in Palatio* (i. e. Galbae e domo egredi-

1) Cum Mommsenio p. 303 adn. 3 scripserim Ἰκέλου, aut Plutarchus arguendus est summae neglegentiae.

Digitized by Google

γυμνῷ τῷ ξίφει προσφερόμενος καὶ βοῶν ἀνῃρηκέναι τὸν Καίσαρος πολέμιον· ὠσάμενος δὲ διὰ τῶν προεστώτων ἔδειξε τῷ Γάλβᾳ τὸ ξίφος ᾑμαγμένον. ὁ δὲ βλέψας πρὸς αὐτόν ,τίς σε' εἶπεν ,ἐκέλευσε';

enti) *Julius Atticus speculator cruentum gladium ostentans occisum a se Othonem exclamavit; et Galba ,commilito' inquit ,quis iussit'?*

Haec, si loquacitatem Plutarchi non curamas, plane concinunt. Quo modo vero Atticus Galbae obvius fieri potuerit, non docet, cum Galbam etiam tum domi sedentem faciat. Contra Tacitus multos in ipsam domum imperatoris inrupisse et tum demum, cum Galba iam sella levaretur, Atticum apparuisse antea narrat. Sequitur apud Plutarchum militis responsum: v. 9—13 τοῦ δὲ ἀνθρώπου τὴν πίστιν εἰπόντος καὶ τὸν ὅρκον, ὃν ὤμοσε, καὶ τοῦ πλήθους ἐπιβοῶντος, ὡς εὖ, καὶ κροτοῦντος, ἐμβὰς εἰς τὸ φορεῖον ἐκομίζετο τῷ τε Διὶ θῦσαι καὶ φανῆναι τοῖς πολίταις βουλόμενος. Hoc desideratur apud Tacitum, sed non magni est momenti. Neque enim incredibile, Plutarchum haec invenisse; quanquam non negaverim, fortasse fontem subesse uberiorem [1]). Populi tumultum Tacitus c. 35 multo planius effingit *tum vero non populus tantum et imperita plebs in plausus et immodica studia, sed equitum plerique ac senatorum posito metu incauti refractis Palatii foribus ruere intus ac se Galbae ostentare, praereptam sibi ultionem querentes etc.*

---

1) Fortasse neglegentia scriptoris ex *insigni animo* c. 35, 12 ortum est, quod non ad Galbam sed ad Atticum referret.

Digitized by Google

Sane Attico nondum viso haec facta esse refert. Itaque hic quoque Plutarchus suo arbitrio res conectit. Galbam sellam conscendisse Tacitus commemorat c. 35, 7 *donec . . . sumpto thorace Galba inruenti turbae . . . sella levaretur* sed rectius hoc ante Attici adventum factum esse refert. Galbam civibus se ostentare voluisse, consentaneum est, sed ante omnia — id quod Plutarchus ex iis, quae Laco et Icelus apud Tac. c. 33 principi suadent, perspicere potuit — ei id erat agendum, ut militum seditionem praeverteret atque in castra pergeret. Qua re quod Plutarchus Galbam Jovi immolare voluisse dicit, hoc veri simile non est eoque maiore iure ipsi adscribi potest[1]).

1) Operae pretium inquirere, quo potissimum loco haec omnia acciderint. Neque enim per se apparet, ubi fuerit Galba, antequam sellam conscenderet. Palatium appellatum esse et totam illam urbis regionem et domum Caesarum satis constat. Ac Tacitus quidem sacrum fatale *pro aede Apollinis* factum esse tradit c. 27. 1. 2 i. e. non domi, sed extra domum. Plutarchus omnino dicit ἐν Παλατίῳ. Dum Otho in castra contendit, *fatigabat interim Galba deos sacris intentus* (c. 29, 1), i. e. adhuc eodem fuit loco. Deinde quae consilia a Galba capta sint enarrantur. Haud dubie eum antea domum intrasse existimandum, quam in sententiam verba *pro gradibus domus vocatos* (c. 29, 9) optime quadrant. Multitudo vero, quae concurrerat (c. 29, 4) et iam Palatium implebat (c. 32, 1), ante domum fremuit et strepuit, ita ut Palatium non sit domus sed totus vicus. c. 32, 8 legimus, Galbam duas sententias distinuisse, Viniumque censuisse *manendum intra domum.* c. 34, 1 Galba egredi statuit, sed antea Pisonem in castra praemittit. Interea rumor manat, Othonem occisum esse, et *equitum plerique ac senatorum refractis Palatii foribus ruere intus ac se Galbae ostentare*, i. e. in domum inrumpunt, ita ut Palatium hoc loco sit domus. — Iam Galba, ut domo exiret, sellam conscendit, atque tum ei Atticus obvius fit in Palatio, quod hic aut domus aut vicus esse potest. Apparet Taciti narrationem satis dilucidam esse et una laborare obscuritate,

Digitized by Google

Altero capitis dimidio Plutarchus, ubi seditionis exitum describit, in universum concinit cum Tacito, quanquam interdum magna libertate utitur. Primis eius verbis v. 13—15 ἐμβαλόντος δὲ εἰς τὴν ἀγοράν, ὥσπερ τροπαία πνεύματος, ἀπήντησε φήμη κρατεῖν τὸν Ὄθωνα τοῦ στρατεύματος nihil plane respondet apud Tacitum. Sed Othonis prosperum in castris successum c. 36—38 diserte exponit et famam eius rei brevi diffusam esse c. 39, 1 sq. memorat *iam exterritus Piso fremitu crebrescentis seditionis et vocibus in urbem usque resonantibus egressum interim Galbam et foro adpropinquantem adsecutus erat*, ubi nihil a Plutarcho discrepat; τροπαία nihil aliud est quam *voces in urbem usque resonantes*. Ne cetera quidem differunt, si Plutarchum res aliter componere omittimus.

---

quod Galbam foris rediisse non dicit aperte. — Contra Plutarchus rem ita videtur sibi effinxisse, ut Galba per omne tempus a turba conferta premeretur. Galba sacrificat ἐν Παλατίῳ (c. 24, 10); nuntius de Othonis seditione advenit εἰς τὸ Παλάτιον (c. 25, 20) sacris nondum finitis; deinde multitudine undique concurrente Vinius et Laco et nonnulli e libertis strictis gladiis plebem arcere student. Galbam igitur etiam tum in media turba fuisse putandum est. Sed et ex iis, quae sequuntur, principem iam domi fuisse efficitur, neque quod narrat credibile est. Nunquam enim accidere potuit, ut duo praefecti praetorii ad imperatorem a multitudine tuendum gladios stringerent, cum stationem in Palatio integra ageret cohors praetoria. Quam ob rem hoc a Plutarcho fictum est. Paulo post Galba domi videtur fuisse, legimus enim G. 25, 26, Pisonem προελθόντα milites adlocutum esse, et G. 26, 1 idem invenimus verbum. Plutarchum igitur claram rei imaginem sibi non finxisse cognoscimus. Facile autem hoc fieri potuit, si Tacito fonte usus est, qui et ipse non ea, quam nos quidem requirimus, perspicuitate hanc rem expresserit.

Digitized by Google

v. 15—18 οἷα δὲ ἐν πλήθει τοσούτῳ, τῶν μὲν ἀναστρέφειν, τῶν δὲ προϊέναι, τῶν δὲ θαρρεῖν, τῶν δὲ ἀπιστεῖν βοώντων, καὶ τοῦ φορείου καθάπερ ἐν κλυδῶνι δεῦρο κἀκεῖ διαφερομένου καὶ πυκνὸν ἀπονεύοντος	c. 39, 4 *cum alii in Palatium rediret, alii Capitolium peteret, plerique rostra occupanda censerent, plures tantum sententiis aliorum contra dicerent* . . . c. 40, 1 *agebatur huc illuc Galba vario turbae fluctuantis impulsu completis undique basilicis ac templis lugubri prospectu.*

Haec sibi respondent neque tamen ad verbum. Discrepat enim Plutarchus in diversis sententiis enumerandis et parum diligenter πλῆθος τοσοῦτον inducit nulla antea eius facta mentione, denique sellae nutationem planius describit, scilicet ut Galbam brevi ex sella prolapsum esse indicet. Verum eius modi res non sunt premendae. Nam Plutarchus — id quod saepius vidimus — non ad verbum fontes vertit sed, postquam unum vel plures libros perlegit, singula ipse composuit.

v. 18—23 ἐφαίνοντο πρῶτον ἱππεῖς, εἶτα ὁπλῖται διὰ τῆς Παύλου βασιλικῆς προσφερόμενοι, μιᾷ φωνῇ μέγα βοῶντες ἐκποδὼν ἵστασθαι τὸν ἰδιώτην. τῶν μὲν οὖν πολλῶν δρόμος ἦν, οὐ φυγῇ σκιδναμένων, ἀλλ'	c. 40, 7 *igitur milites Romani, quasi Vologesum aut Pacorum . . . solio depulsuri . . . disiecta plebe, proculcato senatu, truces armis, rapidi equis forum inrumpunt. nec illos Capitolii adspectus et imminentium templorum*

Digitized by Google

ἐπὶ[1]) τὰς στοὰς καὶ τὰ μετέωρα τῆς ἀγορᾶς ὥσπερ θέαν καταλαμβανόντων.	*religio et priores et futuri principes terruere, quo minus facerent scelus . . .*

Plutarchus igitur ut Taciti narrationis altitudinem hic paulum infringit, ita singulis in rebus videtur esse diligentior. Nam et equites et pedites commemorat (Tacitus solos equites) et eos per Pauli basilicam adpropinquasse narrat. Fortasse hoc alius fontis vestigium est, sed fieri potest, ut illud exornandi causa addiderit, hoc ipse compertum habuerit. Omnino Galbae exitum tanquam fabulam in theatro actam proponere studet. Itaque et Taciti *disiecta plebe* etc. copiosius vertit et postremis verbis rem enarrat quae credibilis non est. Sane Tacitus quoque rem quam maxime sollemnem effingit et c. 40, 2 basilicas et templa multitudine spectaculum aliquod exspectante completa fuisse memorat. Sed hoc ante adventum Othonianorum factum est. Quod vero plebem, quasi milites inrumpentes nequaquam timeret, non diffugisse sed in tecta etc. escendisse Plutarchus prodit, hoc non est credibile.

v. 23—26 Ἀτιλλίου δὲ Βεργελίωνος εἰκόνα Γάλβα προσουδίσαντος ἀρχὴν τοῦ πολέμου ποιησάμενοι περιηκόντισαν τὸ φορεῖον·	c. 41, 1 sq. *viso comminus armatorum agmine vexillarius comitatae Galbam cohortis (Atilium Vergilionem fuisse tradunt) dereptam Galbae imaginem solo adflixit: eo signo manifesta in*

1) ἐπὶ transposuerim ante θέαν. Ita duo habemus participia plane sibi respondentia. Dubito enim, num dici possit θέαν καταλαμβάνειν.

Digitized by Google

ὡς δὲ οὐκ ἔτυχον αὐτοῦ, προσῆγον ἐσπασμένοις τοῖς ξίφεσιν.	*Othonem omnium militum studia, deserta fuga populi forum, destricta adversus dubitantes tela.*

Parte priore Plutarchus, quasi quo modo vocem vexillarii verteret nescierit, quis fuerit Atilius non adnotat [1]). Qua re ut deus ex machina in scaenam prodit, unde fit, ut haec cum iis quae antecedunt parum cohaereant [2]). Milites iam tum Galbam adgressos esse refert eorumque impetum accurate describit. Apud Tacitum 'nihil' eius modi exstat. Atque tam vaga sunt verba Plutarchi, ut hanc esse pugnae descriptiunculam vulgarem contenderim, quas veteres scriptores summa libertate composuisse constat. Haec vero ne credibilis quidem, nam si Othoniani iam tum Galbam tam acriter invasere, miramur quod non statim occisus est [3]).

Pergit Plutarchus, solum Sempronium Densum defendisse principem, cum Tacitus Pisonem a Denso defensum esse tradat:

v. 26—35 ἤμυνε δὲ οὐδεὶς οὐδὲ ὑπέστη πλὴν ἑνὸς ἀνδρός, ὃν μόνον ἥλιος ἐπεῖδεν ἐν μυριάσι τοσαύταις ἄξιον τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας. Σεμπρώνιος ἦν Δῆνσος ἑκατοντάρχης οὐδὲν ἰδίᾳ χρηστὸν ὑπὸ Γάλβα πεπονθώς, τῷ	c. 43, 1 sq. *insignem illa die virum Sempronium Densum aetas nostra vidit. centurio is praetoriae cohortis, a Galba custodiae Pisonis additus, stricto*

1) Eodem modo G. c. 25, 28 τάγμα vocat quod vexillum est.

2) Plutarchus Atilium nominat, Tacitus addit *tradunt*. Hoc utrum transscriptum an additum sit a Tacito ignoramus. Sed nihil inde potest concludi.

3) Itaque peculiari fonte non est opus (Krauss p. 7).

Digitized by Google

δὲ καλῷ καὶ τῷ νόμῳ βοηθῶν προέστη τοῦ φορείου. καὶ τὸ κλῆμα πρῶτον, ᾧ κολάζουσιν ἑκατοντάρχαι τοὺς πληγῶν δεομένους, ἐπαράμενος τοῖς ἐπιφερομένοις ἐβόα καὶ διεκελεύετο φείδεσθαι τοῦ αὐτοκράτορος. ἔπειτα συμπλεκομένων αὐτῷ σπασάμενος τὸ ξίφος ἠμύνατο πολὺν χρόνον, ἕως τυφθεὶς τὰς ἴγνυας ἔπεσε.

pugione occurrens armatis et scelus exprobrans ac modo manu modo voce vertendo in se percussores . . . Pisoni effugium dedit . . . c. 42, 6 *iacuit* (sc. Vinius) *primo ictu in poplitem . . . . transverberatus.*

Luce clarius est, utrumque scriptorem idem enarrare factum; variasse enim famam de hac re non est veri simile. Itaque cum alteruter erravisse videatur, et per se et propter Suetonium [1]) Plutarchum accusaverim. Aut fonte prave intellecto aut memoria falsus Densi facinus ad Galbam rettulit et Vinii vulnus tribuit Sempronio. Lange [2]) illud conicit, equidem neglegentiam vel memoriae errorem statuere malim. Singula plane concinunt: ἥλιος ἐπεῖδεν idem est quod *aetas vidit.* Densum nihil boni a Galba accepisse ipse Plutarchus potuit addere, quo magis virtutem eius celebraret; item Densum voce et gladio incurrentes arcuisse dicit, eadem in proeliis describendis libertate usus. Hoc potissimum loco Taciti verbis *modo manu modo voce* adductus est. Itaque alium fontem conicere non est necesse.

1) Suetonius quoque G. 20 neminem Galbae opem ferre conatum tradit.

2) Lange l. l. p. 62 verbis Taciti c. 43, 2 *a Galba custodiae Pisonis additus* non intellectis errorem ortum esse arbitratur. Sane de hoc loco solo potest cogitari, sed quod Tac. c. 43, 5 aperte dicit *Pisoni effugium dedit,* haec coniectura incerta remanet.

Digitized by Google

Cap. XXVII, ubi Plutarchus Galbae caedem describit, eadem valet ratio, quam huc usque observavimus. Multas enim exhibet minoris momenti res, quae non exstant apud Tacitum; quas quidem omnes ipse narrationi inserere potuit. Vel primis verbis hoc facile cernitur:

v. 1—6 τὸν δὲ Γάλβαν ἀποκλιθέντος τοῦ φορείου περὶ τὸν Κουρτίου καλούμενον λάκκον ἐκκυλισθέντα τεθωρακισμένον ἔτυπτον ἐπιδραμόντες. ὁ δὲ τὴν σφαγὴν προτείνας ‚δρᾶτε' εἶπεν ‚εἰ τοῦτο τῷ δήμῳ Ῥωμαίων ἄμεινόν ἐστι'. πολλὰς μὲν οὖν ἔλαβε πληγὰς εἴς τε τὰ σκέλη καὶ τοὺς βραχίονας.	c. 41, 5 *iuxta Curtii lacum trepidatione ferentium Galba proiectus e sella ac provolutus est. extremam eius vocem . . . varie prodidere. alii suppliciter interrogasse, quid mali meruisset . . . plures obtulisse ultro iugulum percussoribus: agerent ac ferirent, si ita e re publica videretur* . . . v. 15 *crura brachiaque (nam pectus tegebatur) foede laniavere.*

Prorsus consentiunt scriptores, atque Galbam thorace indutum fuisse uterque memorat (τεθωρακισμένον = pectus tegebatur) easdemque corporis partes a percussoribus laniatas esse tradit. Sed Plutarchus, qui impetum in imperatorem factum plane commemorat, alteram de extrema eius voce relationem silentio praeterit, fortasse animi benevolentia commotus, ut Nissen p. 509 adn. 1 vult. Sane nihil obstat, quo minus haec a Tacito sumpta esse existimemus. Nec differunt de interfectore:

Digitized by Google

v. 6—8 ἀπέσφαξε δὲ αὐτόν, ὡς οἱ πλεῖστοι λέγουσι, Καμούριός τις ἐκ τοῦ πεντεκαιδεκάτου τάγματος. ἔνιοι δὲ Τερέντιον, οἱ δὲ Λεκάνιον ἱστοροῦσιν.	c. 41, 12 *de percussore non satis constat: quidam Terentium evocatum, alii Lecanium, crebrior fama tradidit Camurium, XV legionis militem.*

οἱ πλεῖστοι = *crebrior fama*, ἔνιοι = *quidam*, οἱ δὲ = *alii*, haec ad unguem sibi respondent. Camurium Plutarchus quoque accurate significat, cum *evocatum* neglegat (cf. p. 60 adn. 1).

Sequitur narratio a Tacito omissa: v. 8—15 οἱ δὲ Φάβιον Φάβουλον (sc. interfecturem dicunt), ὃν καί φασιν ἀποκόψαντα τὴν κεφαλὴν κομίζειν τῷ ἱματίῳ συλλαβόντα διὰ τὴν ψιλότητα δυσπερίληπτον οὖσαν. ἔπειτα τῶν σὺν αὐτῷ κρύπτειν οὐκ ἐώντων, ἀλλ' ἐκφανῆ πᾶσι ποιεῖν τὴν ἀνδραγαθίαν, περιπείραντα περὶ λόγχην καὶ ἀναπήλαντα πρεσβύτου πρόσωπον ἄρχοντός τε κοσμίου καὶ ἀρχιερέως καὶ ὑπάτου δρόμῳ χωρεῖν, ὥσπερ αἱ βάκχαι, πολλάκις μεταστρεφόμενον καὶ κραδαίνοντα τὴν λόγχην αἵματι καταρρεομένην. Haec Plutarchus aliunde sumpsit [1]). Sed Fabium Fabullum in fonte aliquo nominatum fuisse in percussoribus non crediderim, quia Tacitus, qui ceteros diligenter enumeret, sine dubio eum non omisisset. De eius modi vero fonte, qui Tacito praesto non fuerit, propter nimiam congruentiam cogitare non possumus. Suetonius quoque G. 20 non ab interfectore sed ab alio milite a frumentatione redeunte caput amputatum

1) cf. Nissen p. 512.

Digitized by Google

esse refert. Qua re Fabullum eum dictum fuisse suspicor, qui Galbae caput abscidisset, non qui ipsum occidisset; Plutarchus vero perperam eum reddidit percussorem. Quod facilius explicatur, si Tacitum fontem fuisse primarium, unde cetera de percussoribus Plutarchus hauriret, hanc autem narratiunculam, quam alibi legisset vel audivisset, insertam esse conicimus; quam cum addito οἱ δὲ adnectere studeret, facillime in errorem incidere potuit. Si uterque secutus est eundem auctorem, quo modo vitium acciderit minus apparet. Occisorum capita decisa et contis praefixa esse Tacitus quasi praeteriens refert c. 44, 7 *praefixa contis capita gestabantur.* Accurata tamen descriptio et cum bacchis comparatio Plutarchi ipsius ingenio haud scio an sit tribuenda. Eodem modo explicandum puto:

v. 16—18 τὸν δὲ Ὄθωνα τῆς κεφαλῆς κομισθείσης ἀνακραγεῖν λέγουσιν ,οὐδέν ἐστι τοῦτο, ὦ συστρατιῶται, τὴν Πείσωνος κεφαλήν μοι δείξατε'.	c. 44, 1 *nullam caedem Otho maiore laetitia excepisse, nullum caput tam insatiabilibus oculis perlustrasse dicitur* (sc. quam Pisonis).

Cum Plutarchum res gestas ut spectaculum legenti sub oculos interdum subicere iam observaverimus, dictum illud fortasse a Plutarcho inventum est, quo res fieret planior. Itaque, praesertim cum λέγουσι et *dicitur* sibi respondeant, necesse non est cum Kraussio peculiarem fontem statuere. Ceterum ne hoc quidem ab omni dubitatione exemptum est, sed de uberrimo auctore

Digitized by Google

licet cogitari de uberrimo auctore. cuius iam aliquot quae videbantur vestigia invenimus. — Proxima Plutarchi verba v. 18—19 μετ' ὀλίγον δὲ ἧκε κομιζομένη causam habent in iis quae antecedunt. Pisonis caedem brevius Tacito peragit:

v. 19—21 τρωθεὶς γὰρ ἔφευγεν ὁ νεανίσκος καὶ καταδιωχθεὶς ὑπὸ Μούρκου τινὸς ἀπεσφάγη πρὸς τῷ ἱερῷ τῆς Ἑστίας.	c. 43, 5 sq. *(Sempronius) vulnerato Pisoni effugium dedit. Piso in aedem Vestae pervasit . . . advenere missu Othonis . . . Sulpicius Florus . . . et Statius Murcus speculator, a quibus protractus Piso in foribus templi trucidatus est.*

omniaque eius verba apud Tacitum redeunt, excepto νεανίσκῳ. Sed iuvenem fuisse Pisonem Tacitus c. 48, 1 prodit *Piso unum et tricesimum aetatis annum explebat.*

Idem valet in caedem Vinii:

v. 21—23 ἀπεσφάττετο δὲ καὶ Οὐίνιος ὁμολογῶν κοινωνὸς γεγονέναι τῆς ἐπὶ τὸν Γάλβαν συνωμοσίας· ἐβόα γὰρ ἀποθνήσκειν παρὰ τὴν Ὄθωνος γνώμην.	c. 42, 1 *Titum inde Vinium invasere, de quo et ipso ambigitur, consumpseritne vocem eius instans metus, an proclamaverit non esse ab Othone mandatum, ut occideretur. quod seu finxit formidine, seu conscientiam coniurationis confessus est, huc potius eius vita famaque inclinat . . .*

Cum Tacitus rem diiudicare non audeat sed inclinet tantum ad alteram relationem, Plutarchus missis ambagibus Vinium confessum esse dicit, se conscium fuisse coniurationis, ne ὥς φασι quidem vel simili formula addita. Quo modo interfectus sit Vinius Plutar-

Digitized by Google

chus non describit, sed Vinii eum vulnus Denso tribuere supra vidimus. Perspicuitatis causa additum videtur v. 23—25 ἀλλὰ γὰρ καὶ τούτου τὴν κεφαλὴν ἀποτεμόντες καὶ Λάκωνος ἐκόμισαν πρὸς τὸν Ὄθωνα δωρεὰς αἰτοῦντες. Capita decisa esse Tacitus c. 44, 7 in universum dicit nec de uno quoque addit. Laconis mortem, quam Plutarchus praetermittit, Tacitus c. 46, 23 narrat *Laco praefectus . . . ab evocato, quem ad caedem eius Otho praemiserat, confossus.* Interfectores praemia postulasse, Plutarchus de suo addere potuit et, quantum video, addidit, ut tansiret ad

v. 25—32 ὡς δέ φησιν Ἀρχίλοχος (versum citat), οὕτως τότε πολλοὶ τοῦ φόνου μὴ συναψάμενοι, χεῖρας δὲ καὶ ξίφη καθαιμάσσοντες ἐπεδείκνυντο καὶ δωρεὰς ᾔτουν βιβλία διδόντες τῷ Ὄθωνι. εἴκοσι γοῦν καὶ ἑκατὸν εὑρέθησαν ὕστερον ἐκ τῶν γραμματίων, οὓς ὁ Οὐιτέλλιος ἀναζητήσας ἅπαντας ἀπέκτεινεν.	c. 44, 8 *certatim ostentantibus cruentas manus, qui occiderant, qui interfuerant, qui vere, qui falso ut pulchrum et memorabile facinus iactabant, plures quam centum viginti libellos praemium exposcentium ob aliquam notabilem illa die operam Vitellius postea invenit omnesque conquiri et interfici iussit.*

Quae plane inter se congruunt, si levissima non curamus: velut versu Archilochi narrationem Plutarchus exornat et gladios cruentos hic quoque inducit. Nec discrepant cetera — Plutarchus minus diligenter non plus centum viginti sed ipsos centum viginti libellos inventos esse dicit — sed cum uterque eodem loco

Digitized by Google

pronomen relativum paulo neglegenter cum substantivo coniungat (γραμματίων, οὓς = libellos . . ., quos), contendere non dubito, hoc quidem loco Plutarchum inspexisse ipsum Tacitum.

Insignis est finis huius capitis, ubi fata Celsi enarrantur:

v. 32—39 ἧκε δὲ καὶ Μάριος Κέλσος εἰς τὴν παρεμβολήν. καὶ πολλῶν αὐτοῦ κατηγορούντων, ὅτι τοὺς στρατιώτας ἔπειθε τῷ Γάλβᾳ βοηθεῖν, καὶ τοῦ πλήθους ἀποκτιννύειν βοῶντος, Ὄθων οὐκ ἐβούλετο· φοβούμενος δὲ ἀντιλέγειν οὐχ οὕτως ἔφη ταχέως ἀποκτενεῖν αὐτόν· εἶναι γὰρ ἃ δεῖ πρότερον ἐκπυθέσθαι παρὰ τοῦ ἀνδρός. ἐκέλευσεν οὖν δήσαντας φυλάττειν καὶ παρέδωκε τοῖς μάλιστα πιστευομένοις.	c. 45, 1 *ruere cuncti in castra* v. 6 *Marium Celsum, consulem designatum et Galbae usque in extremas res amicum fidumque, ad supplicium expostulabant . . . Othoni nondum auctoritas inerat ad prohibendum scelus . . . ita simulatione irae vinciri iussum et maiores poenas daturum adfirmans praesenti exitio subtraxit.*

Plutarchus etsi multis in rebus discrepat, tamen nihil adfert novi. De ipso quidem facto plus non praebet quam Tacitus. Atque cum loquacitas cernatur eadem, quam iam totiens observavimus, potius crediderim, narrationem eius ex angustiore amplificatam quam ex uberiore excerptam esse. Velut adicit, cur milites Celso irati fuerint: sed quicumque Tacitum attente legit, eum idem factum respicere statim intellegit (G. 25, 27—30 — h. 1, 31, 4). Eodem modo se

Digitized by Google

habet, quod solus Plutarchus dicit, Celsum fidissimis Othonis sectatoribus custodiendum traditum esse. Eius modi additamentis quilibet scriptor librum exornat. Itaque Plutarchus cum lectore loquaci, qui narrationem brevem suis verbis repetit, comparari potest. Quae videntur differre, nullius sunt momenti. Quod Tacitus *simulatione irae*, Plutarchus inquisitione aliqua simulata Celso temperatum esse tradit, haec res est difficilis, si communem auctorem statuimus. Contra omnia facillime explicantur, si Plutarchum, quem saepius errantem deprehendimus, haec narrare putamus ex memoria, qua non omnia tenuerit. Praeterea Celsum in castra venisse Tacitus aperte non dicit, sed ex conexu sententiarum hoc satis apparet. Plutarcho, qui antea castrorum nullam fecerat mentionem hoc vero factum praetermittere nolebat, id addendum erat. Itaque si unum de Fabullo locum omittimus, totum hoc caput Plutarchus ex Tacito sumere potuit.

Cap. XXVIII. Ex initio huius capitis altera ratio, qua in scribendo usus sit Plutarchus, optime cernitur. v. 1—6 εὐθὺς δὲ βουλὴ συνεκαλεῖτο. καὶ καθάπερ ἄλλοι γεγονότες ἢ θεῶν ἄλλων γεγονότων συνελθόντες ὤμνυον ὅρκον ὑπὲρ τοῦ Ὄθωνος, ὃν αὐτὸς ὀμόσας οὐκ ἐτήρησε· καὶ Καίσαρα καὶ Σεβαστὸν ἀνηγόρευον ἔτι τῶν νεκρῶν ἀκεφάλων ἐν ταῖς ὑπατικαῖς ἐσθῆσιν ἐρριμμένων ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς. Haec admodum coartata. Tacitus enim, postquam caedem enarravit libellorumque fecit mentionem, omnes in castra ad Othonem victorem ruisse tradit c. 45, 1

Digitized by Google

alium crederes senatum, alium populum: ruere cuncti in castra, quorum in numero Marium Celsum nominat. Tum demum quid actum sit in senatu exponit c. 47, 1 *exacto per scelera die novissimum malorum fuit laetitia. vocat senatum praetor urbanus, certant adulationibus ceteri magistratus, accurrunt patres: decernitur Othoni tribunicia potestas et nomen Augusti et omnes principum honores . . . Otho cruento adhuc foro per stragem iacentium in Capitolium . . . vectus* . . . Plutarchus igitur duas res simillimas, ambitiosam in castra migrationem et senatus concilium, confudit illaque omissa unum Marium Celsum in castra euntem facit, ita ut hoc cum ceteris non cohaereat. Senatum autem extemplo convocari prodit atque hoc loco idem de senatu fert iudicium, quod Tacitus adfert, ubi de migratione agit. Invicem narrationi quasi ornamenta induit (deos inducit, ius iurandum commemorat, suum de Othonis periurio iudicium addit, in honoribus Othoni decretis nomen Caesaris commemorat) et extremis verbis, ubi illud scaenicum, ut ita dicam, studium rursus apparet, ad sortem mortuorum enarrandam transit. — Haec omnia Plutarchus a Tacito petere potuit.

v. 6—15 ταῖς δὲ κεφαλαῖς ὡς οὐδὲν εἶχον ἔτι χρῆσθαι, τὴν μὲν Οὐινίου τῇ θυγατρὶ δισχιλίων καὶ πεντακοσίων δραχμῶν ἀπέδοντο, τὴν δὲ Πείσωνος ἡ γυνὴ ἔλαβεν	c. 47, 9 sq. *(Otho) concedi corpora sepulturae cremarique permisit. Pisonem Verania uxor ac frater Scribonianus, Titum Vinium Crispina filia composuere, quaesitis redemptisque capitibus, quae venalia*

Οὐερανία δεηθεῖσα, τὴν δὲ Γάλβα τοῖς Πατροβίου δούλοις ἐδωρήσαντο. λαβόντες δὲ ἐκεῖνοι καὶ πάντα τρόπον αἰκισάμενοι καὶ καθυβρίσαντες ἔρριψαν ἧ τοὺς ὑπὸ τῶν Καισάρων κολαζομένους θανατοῦσιν· ὁ δὲ τόπος Σεσσώριον καλεῖται. τὸ δὲ σῶμα τοῦ Γάλβα Πρίσκος Ἑλβίδιος ἀνείλετο τοῦ Ὄθωνος ἐπιτρέψαντος· ἔθαψε δὲ νυκτὸς Ἀργεῖος ἀπελύθερος.

interfectores servaverant . . . c. 49, 1 *Galbae corpus diu neglectum et licentia tenebrarum plurimis ludibriis vexatum dispensator Argius e primoribus servis humili sepultura in privatis eius hortis contexit* [1]. *caput per lixas calonesque confixum laceratumque ante Patrobii tumulum (libertus is Neronis punitus a Galba fuerat) postera demum die repertum et cremato iam corpori admixtum est.*

Has duas relationes si comparamus, Plutarchum alio fonte usum esse liquet. Neque enim congruunt scriptores, sed quodam modo alter alterum explet. Primum quidem Plutarchi enuntiatum exordium est. Sed quanto redemptum sit Vinii corpus solus exhibet, idem quae

1) Obscurum hoc esse Krauss contendit p. 41. Ex Tacito enim negat perspici posse, utrum eadem nocte an postero die Galbae corpus sepultum sit. Sed nihil est ambiguum. Quicumque animo non praeoccupato haec legit, quia *postera die* caput sepultum est, dubitare non potest, quin corpus praecedenti nocte humatum sit i. e. nocte, quae secuta est diem caedis. Ex Plut. quidem G. 28 nihil certius comperimus. Neque offendit, quod *licentia tenebrarum* corpus vexatum esse Tacitus dicit. Quae verba si post *vexatum* posuisset (ut Jacob coniecit, cui Krauss adsentitur), ut ad verbum finitum essent referenda, optime se haberet; sed quo tradita sunt loco non abhorrent a sana ratione. Id vero opponi non potest, ei, qui corpus sepeliret, obtentu noctis opus fuisse. Nam et Otho corpora sepulturae concesserat, et caput die sepultum est.

Digitized by Google

facta sint cum capitibus Vinii et Pisonis discernit, et singula curat, quae cum Galbae capite facta sint, ac solus Helvidii facit mentionem. Contra Tacitus Scribonianum Crispinamque nominat, capitis Galbiani sepulturam commemorat, Argium diligentius significat. Itaque Plutarchus hoc loco aut omnino alio auctore usus est ac Tacito, aut saltem praeter hunc alium adhibuit. Qui non idem fuit, quo Tacitus usus est. Mirum enim est, quod hic, qui ubique Helvidii acerrimus sit laudator (cf. h. IV, 5 sq.) eumque quam maxime in lucem proferat, hoc eius facinus plane neglegit. Si uterque scriptor eundem fontem primarium elegit, nihil est, quod hoc omiserit. Itaque hinc concluserim, eos minime usos esse uno et eodem fonte, sed Plutarchum a scriptore id hausisse, quem Tacitus non sequeretur primo loco.

Cap. XXIX, quod Plutarchi de Galba cogitationibus constat, extentum videtur ex Tac. c. 49:

v. 1—3 τοιαῦτα τὰ κατὰ τὸν Γάλβαν, ἄνδρα μήτε γένει μήτε πλούτῳ πολλῶν ἀπολειφθέντα Ῥωμαίων, ὁμοῦ δὲ πλούτῳ καὶ γένει πρωτεύσαντα πάντων τῶν καθ' αὑτόν.	c. 49, 7 sq. *hunc exitum habuit Servius Galba . . . vetus in familia nobilitas, magnae opes.*

Plutarchus, ut est natura loquacior, hanc rem et per negationem et per positionem exprimit.

v. 4—5 πέντε αὐτοκρατόρων ἡγεμονίαις ἐμβιώσαντα μετὰ τιμῆς καὶ δόξης.	c. 49, 8 *quinque principes prospera fortuna emensus.*

Haec plane sibi respondent. Cetera cum ex arbitrio componat Plutarchus, non tam iudicium profert de Galba, quam vitam eius breviter complectitur. Quod dicit v. 5—10 ὥστε τῇ δόξῃ μᾶλλον ἢ τῇ δυνάμει καθελὼν Νέρωνα τῶν συνεπιτιθεμένων τότε τοὺς μὲν οὐδεὶς ἠξίωσε τῆς ἡγεμονίας. οἱ δ' ἑαυτούς ἀπηξίωσαν, Γάλβας δὲ καὶ κληθεὶς καὶ ὑπακούσας αὐτοκράτωρ καὶ τῇ Οὐίνδικος ἐμπαρασχὼν ὄνομα τόλμῃ, κίνημα καὶ νεωτερισμὸν αὐτοῦ λεγομένην τὴν ἀπόστασιν ἐποίησε πόλεμον ἐμφύλιον ἀνδρὸς ἡγεμονικοῦ τυχοῦσαν hoc idem est quod c. 49, 18 *maior privato visus, dum privatus fuit, et omnium consensu capax imperii, nisi imperasset*, sed cum Tacitus moribus Galbae diligenter examinatis cur aequales id senserint de Galba explicare studeat, Plutarchus nullam adfert causam.

Pergit laudare v. 11—14 ὅθεν οὐχ ἑαυτῷ τὰ πράγματα λαμβάνειν, ἀλλὰ μᾶλλον ἑαυτὸν οἰόμενος διδόναι τοῖς πράγμασιν, ἄρχειν ἠξίου τῶν ὑπὸ Τιγελλίνου καὶ Νυμφιδίου τετιθασευμένων, ὡς Σκηπίων ἦρχε καὶ Φαβρίκιος καὶ Κάμιλλος τῶν τότε Ῥωμαίων. His ea repetuntur, quae G. 21, 5—8 de Galba dixit Tacitusque accuratius exposuit: utroque enim loco princeps non suae sed rei publicae saluti consuluisse dicitur. Quae dicit Plutarchus de Tigellino et Nymphidio, iis res respiciuntur a Taciti consilio alienae sed ab illo in vita Neronis tractatae. Addit denique aliqua exempla ex historia sumpta [1]).

1) His exemplis eam sententiam confirmari puto, qua Caesarum vitae Plutarcheae post vitas parallelas conscriptae sint. Sane facilius explicari potest, cur illa adferat, si eum cum res Romanas tum horum virorum vitas iam antea perscrutatum esse existimamus.

Digitized by Google

Extrema vitae pars, quae verborum copia abundat, satis tenuis et inanis est. v. 15—20: ὑπερειπόμενος δὲ τῷ γήρᾳ ἄχρι τῶν ὅπλων καὶ τῶν στρατευμάτων ἄκρατος ἦν καὶ ἀρχαῖος αὐτοκράτωρ, Οὐινίῳ δὲ καὶ Λάκωνι καὶ τοῖς ἀπελευθέροις πάντα τὰ πράγματα πωλοῦσι παρέχων ἑαυτὸν οἷον Νέρων παρεῖχε τοῖς ἀπληστοτάτοις, οὐδένα ποθοῦντα τὴν ἀρχήν, οἰκτείραντας δὲ τοὺς πολλοὺς τὸν θάνατον ἀπέλιπεν. Haec quoque tractata iam sunt; nam Galbam senectute confectum fuisse, severum se praebuisse in exercitum, amicis libertisque nimium indulsisse, haec omnia dicta iam sunt. Tacitus hoc loco postremam rem significat, nullo nominato c. 49, 13 *amicorum libertorumque . . . si mali forent, usque ad culpam ignarus.* Neronem Plutarchus denuo commemorat et adnotatione non mala caput concludit, quam utrum ipse fecerit an ex alio hauserit, non disceptaverim. Itaque Plutarchum, cum hoc caput scriberet, praeter Tacitum alium auctorem inspexisse non est necesse, sed locos gravissimos ab hoc petivit eosque suis cogitationibus et iis, quae memoria tenebat, exornavit.

Otho.

Cap. I nulla exstat res, quae apud Tacitum desideretur, quanquam Plutarchus summa cum libertate singula componat.

Digitized by Google

v. 1—2 ὁ δὲ νεώτερος αὐτοκράτωρ ἅμ' ἡμέρᾳ προελθὼν εἰς τὸ Καπιτώλιον ἔθυσε.	c. 47, 7 *Otho . . . in Capitolium vectus* (sc. die caedis).

Cum Tacitus sacrificium primo integro imperii die (ἅμ' ἡμέρᾳ) factum aut ignoret aut omittat, alium peculiarem fontem Plutarcho praesto fuisse cogitari potest. Sed sollemne sacrificium, quod in eius modi casu usitatum erat, ipse potuit addere, praesertim cum id agat, ut quam grandissimum reddat novi principatus initium. Othonem enim primo solido die in Capitolium escendisse et in senatu prima acta edidisse tradit. Qua re ne ἅμ' ἡμέρᾳ quidem premendum, quippe quod causam habeat in scaena a Plutarcho composita. Quam scaenam apparet ipsi esse tribuendam. Quae enim enumerat acta, veniam Celso datam, consulatuum destinationem, sacerdotiorum distributionem, bonorum restitutionem: haec Tacitus, qui c. 51—70 de Vitellio agit et c. 71 ad Othonem redit, sequentibus capitibus temporis non habita ratione commemorat, primum c. 71, secundum et tertium c. 77, quartum c. 90, quod factum esse adicit pridie idus Martias. Itaque non eidem haec omnia adscribit diei. Differunt igitur scriptores. Equidem prorsus consentio cum Beckurtsio (l. l. p. 35 sq.), qui in fonte haec coniuncta fuisse et a Tacito dispersa esse negat, sed Plutarchum hoc capite omnia ex fonte coegisse putat, quibus Otho primorum animos sibi conciliare studuerit. Tacitum enim res in fonte coniunctas adeo dissipa-

Digitized by Google

visse minime est credibile. Ergo illa ratio sola stare potest. Alio modo si rem conamur explicare, in incerta delabimur. Quam ob rem tenendum, Plutarchum ipsum haec facta composuisse, neque ex temporum quae videtur dissensione quicquam est concludendum. — Primum narrat Plutarchus, quid actum sit cum Mario Celso:

v. 2—9 καὶ κελεύσας Μάριον Κέλσον ἀχθῆναι πρὸς αὐτὸν ἠσπάσατο καὶ διελέχθη φιλανθρώπως, καὶ παρεκάλεσε τῆς αἰτίας ἐπιλαθέσθαι μᾶλλον ἢ τῆς ἀφέσεως μνημονεύειν. τοῦ δὲ Κέλσου μήτ' ἀγεννῶς ἀποκριναμένου μήτ' ἀναισθήτως, ἀλλὰ φήσαντος αὐτὸ τοῦ τρόπου διδόναι τὸ ἔγκλημα πίστιν, ἐγκεκλῆσθαι γάρ, ὅτι Γάλβᾳ βέβαιον ἑαυτὸν παρέσχεν, ᾧ χάριν οὐδεμίαν ὤφειλεν, ἠγάσθησαν οἱ παρόντες ἀμφοτέρων καὶ τὸ στρατιωτικὸν ἐπῄνεσεν.

c. 71, 4 *Marium Celsum . . . acciri in Capitolium iubet; clementiae titulus e viro claro et partibus inviso petebatur. Celsus constanter servatae erga Galbam fidei crimen confessus exemplum ultro imputavit. nec Otho quasi ignosceret, sed ne hostem metueret, conciliationes adhibens, statim inter intimos amicos habuit . . . mansitque Celso velut fataliter etiam pro Othone fides integra et infelix. laeta primoribus civitatis, celebrata in vulgus Celsi salus ne militibus quidem ingrata fuit.*

In universum congruunt scriptores, levioribus in rebus differunt. Aliter enim Othonis erga Celsum clementiam Plutarchus exprimit atque Tacitus, et quae hic pauca praebet de Celsi constanter responso, adeo amplificata exstant apud illum, ut a sene loquaci

Digitized by Google

profecta videantur. Verum cum talis discrepantia non multum valeat et extrema verba plane concinant, potuisse Plutarchum hunc locum petere a Tacito non est negandum [1]).

v. 10—13 ἐν δὲ συγκλήτῳ πολλὰ δημοτικὰ καὶ φιλάνθρωπα διαλεχθείς, ὃν μὲν αὐτὸς ὑπατεύειν χρόνον ἤμελλε, τούτου μέρος ἔνειμεν Οὐεργινίῳ Ῥούφῳ, τοῖς δὲ ἀποδεδειγμένοις ὑπὸ Νέρωνος ἢ Γάλβα πᾶσιν ἐτήρησε τὰς ὑπατείας.	c. 77, 5 *consul cum Titiano fratre in kalendas Martias ipse; proximos menses Verginio destinat . . . ceteri consulatus ex destinatione Neronis aut Galbae mansere.*

Hoc quoque Plutarchus eodem die factum esse vult. Sed cum ex actis Arvalium [2]) constet, Othonem a. d. VII kal. Febr. (26. Jan.) consulem renuntiatum esse, dubito, num eodem die consulatus destinati sint. Sane res non est certa. De tempore Tacitus nihil adnotat. Singula discrepant, quantum scaena a Plutarcho ficta postulatur. *Proximos menses* alterum esse dimidium nundini Othoniani recte cognovit (ceteros consulatus non enumerat); Othonem comem se praebuisse ex Tac.

1) Ex Kraussii (p. 7 et 38) sententia Plutarchus alium fontem secutus est, cum statim postero die Marium Celsum veniam impetrasse narrat. Sed non licet haec Othonis acta seiunctim tractare. Veri simile enim non esse iam monui, omnes res iam tum decretas esse, sed Plutarchum ipsum eas uno loco comprehendere. Itaque ne hoc quidem loco offendendum. Si omnino Plutarchum hoc capite ipsum res disposuisse invenimus, ei non erat opus scripto fonte ad diem aliquem destinandum. Haec quidem res illo die fieri potuit.

2) Henzen ‚acta fratrum Arvalium' Berolini 1874, p. XCII.

Digitized by Google

c. 71, 1 *Otho interim contra spem omnium non deliciis neque desidia torpescere: dilatae voluptates, dissimulata luxuria et cuncta ad decorem imperii composita* et c. 77, 3 *quaedam ex dignitate rei publicae* petere potuit; cum vero sollemnem habeat senatum, Othonem haec oratione patribus enuntiantem facit. Verginii hic quoque adscribit cognomen.

v. 13—14 ἱερωσύναις δὲ τοὺς καθ᾽ ἡλικίαν προήκοντας ἢ δόξαν ἐκόσμησε.	c. 77, 13 *Otho pontificatus auguratusque honoratis iam senibus cumulum dignitatis addidit.*

Haec plane concinunt. Quando vero id factum sit ignoramus.

v. 14—17 τοῖς δὲ ἐπὶ Νέρωνος φυγοῦσι καὶ κατελθοῦσιν ἐπὶ Γάλβα συγκλητικοῖς πᾶσιν ἀπέδωκεν ὅσα μὴ πεπραμένα τῶν κτημάτων ἑκάστων ἐξεύρισκεν.	c. 90, 1 *pridie idus Martias . . . reliquias Neronianarum sectionum nondum in fiscum conversas revocatis ab exilio concessit.*

Haec quoque concinunt. Nam homines intellegendos esse senatorii ordinis eosque a Galba revocatos esse consentaneum est additumque, quod Plutarchus ea persequitur, quibus Otho primorum animos sibi conciliare studuerit [1]). Contra Tacitus eodem ordine quo acci-

1) Nissen p. 516 sq., qui Plutarchum res eodem ordine, quo in fonte tradita erant, enarrare putat, quod Tacitus pridie idus Martias bona restituta esse certissime tradit, Plutarchus vero — quem non impugnat — primo imperii diei id adscribere videtur, hunc dissensum ita explicare conatur, ut in fonte communi rem bis commemoratam fuisse coniciat; quae explicatio satis artificiosa est. Cum autem facile intellegatur, cur Plutarchus haec facta in unum

Digitized by Google

derant res videtur enarrare. Idem non addit aperte, eas gestas esse ad optimatium benevolentiam captandam. Sed non est, cur Plutarchum ipsum res hoc modo conectere potuisse negemus.

v. 17—20 ὅθεν οἱ πρῶτοι καὶ κράτιστοι πεφρικότες πρότερον, ὡς οὐκ ἀνδρός, ἀλλά τινος ἢ Ποινῆς ἢ παλαμναίου δαίμονος ἄφνω τοῖς πράγμασιν ἐπιπεπτωκότος, ἡδίους ἐγένοντο ταῖς ἐλπίσι πρὸς τὴν ἡγεμονίαν ὥσπερ διαμειδιῶσαν. Coniunxit et exornavit Plutarchus quae Tacitus passim exhibet: c. 50, 1 *trepidam urbem ac simul atrocitatem recentis sceleris, simul veteres Othonis mores paventem* et c, 71, 1 *contra spem omnium* et c. 71, 13 *laeta primoribus civitatis*. Itaque hic quoque Plutarchus summa utitur libertate.

Cap. II, ubi Tigellini exitum describit, alium fontem adhibuisse videtur. Prima quidem verba congruunt cum Tacito:

v. 1—2 ὁμοῦ δὲ Ῥωμαίους πάντας οὐδὲν εὔφρανεν οὕτως οὐδὲ ᾠκειώσατο πρὸς αὐτὸν ὡς τὰ περὶ τὸν Τιγελλῖνον.	c. 72, 1 *par inde exsultatio disparibus causis consecuta impetrato Tigellini exitio.*

Quam sententiam Plutarchus pluribus verbis effert. Eodem capite Tacitus vitam Tigellini breviter signi-

conlegerit, multo melius difficultas expeditur, si eum omnia in unum contulisse statuimus, temporis non habita ratione. Krauss ipse sibi repugnat. Nam p. 7 scripto fonti attribuit, quod Plutarchus eodem die bona reddita esse dicit, cum p. 10 veri simile non esse concedat, ceteras res omnes illo die decretas esse, et a Plutarcho ipso omnia enumerata censeat, quae Othone imperante in senatu decreta essent.

Digitized by Google

ficat, id quod Plutarchus in priore parte vitae Galbianae fecit (G. 17). Hoc quidem loco Tigellinum metu supplicii satis iam fuisse punitum sapientissime et latissime disserit, quae disputatio haud dubie ab ipso concepta est: v. 2—11 ἐλελήθει μὲν γὰρ ἤδη κολαζόμενος αὐτῷ τῷ φόβῳ τῆς κολάσεως, ἣν ὡς χρέος ἀπῄτει δημόσιον ἡ πόλις, καὶ νοσήμασιν ἀνηκέστοις σώματος, αὐτάς τε τὰς ἀνοσίους καὶ ἀρρήτους ἐν γυναιξὶ πόρναις καὶ ἀκαθάρτοις ἐγκυλινδήσεις, αἷς ἔτι προσέσπαιρε δυσθανατοῦντος αὐτοῦ τὸ ἀκόλαστον ἐπιδραττόμενον, ἐσχάτην τιμωρίαν ἐποιοῦντο καὶ πολλῶν ἀντάξια θανάτων οἱ σωφρονοῦντες. ἠνία δὲ τοὺς πολλοὺς ὅμως τὸν ἥλιον ὁρῶν μετὰ τοσούτους καὶ τοιούτους δι᾽ αὐτὸν οὐχ ὁρῶντας. Nihil enim hic narratur nisi populum una voce Tigellini supplicium postulasse, quod Tacitus diserte describit c. 72, 8 *non alium pertinacius ad poenam flagitaverunt* et c. 72, 15—19 *eo infensior populus . . . concurrere ex tota urbe in Palatium ac fora, et ubi plurima vulgi licentia, in circum ac theatra effusi seditiosis vocibus strepere.* Cetera, quae Plutarchus praebet, nugae sunt, quas cum cuiusvis ex ingenio proficisci potuerint, Plutarcho ipsi haud scio an tribuerim [1]).

v. 11—17 ἔπεμψεν οὖν ἐπ᾽ αὐτὸν ὁ Ὄθων εἰς τοὺς περὶ Σινόεσσαν ἀγρούς· ἐκεῖ γὰρ διῃτᾶτο πλοίων παρορμούντων ὡς φευξόμενος ἀπωτέρω. καὶ τόν γε πεμφθέντα χρυσίῳ πολλῷ

Tacitus c. 72, 19 *donec Tigellinus, accepto apud Sinuessanas aquas supremae necessitatis nuntio, inter*

1) Nissen p. 511 hanc declamationem fonti tribuit, quod vix est credibile, cum res sit tam vaga.

Digitized by Google

πείθειν ἐπεχείρησε παρεῖναι· μὴ πεισθέντι δὲ δῶρα μὲν ἔδωκεν οὐδὲν ἧττον, ἐδεήθη δὲ ὑπομεῖναι, ἕως ἂν ἀποξύρηται τὸ γένειον· καὶ λαβὼν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐλαιμοτόμησεν.	*stupra concubinarum et oscula et deformes moras sectis novacula faucibus infamem vitam foedavit etiam exitu sero et inhonesto.*

Haec Plutarchum ex alio et uberiore fonte non ex Tacito hausisse apparet; atque, cum nihil impediat, quo minus fons fuerit idem ac Taciti, fortasse per hoc caput eadem ratio valet quae G. 19 et 20 [1]).

Cap. III de ratione agitur, quae intercesserit inter Othonem et multitudinem militesque. Primis verbis v. 1—2 οὕτω δὲ τῷ δήμῳ τὴν δικαιοτάτην ἡδονὴν ἀποδοὺς quae supra narravit complexus transit ad sequentia v. 2—3 ὁ Καῖσαρ αὐτὸς ἰδίας ἔχθρας οὐδενὶ τὸ παράπαν ἐμνησικάκησε. Haec sententia non invenitur apud Tacitum. Sed Clason p. 9 recte Plutarchum auxisse conicit initium Tac. c. 71 *Otho interim* etc., neque res est ea, quam ex peculiari fonte petitam esse necesse sit.

Sequitur locus multis explicationibus tentatus:

---

1) Clason quidem p. 9 in verbis καὶ τόν γε τὸ γένειον aliam inesse relationem ratus, eam a Plutarcho commentam esse suspicatur. Sed non est alia relatio, cum Tacitus eandem sententiam verbis *deformes moras* exprimat neque usquam Plutarcho repugnet. Neque eius modi res subtiliores inveniri solent. Etiam si Clasonio (p. 44) concedamus, quae de navibus apud Plutarchum exstent ficta esse ab ipso voce aquarum prave intellecta, et Kraussio (p. 56 adn. 18) ea difficilia esse ad fidem, tamen alius fons est statuendus, unde haec quoque narratiuncula suspecta oriri potuerit.

Digitized by Google

v. 3—10 τοῖς δὲ πολλοῖς χαριζόμενος οὐκ ἔφευγε τὸ πρῶτον ἐν τοῖς θεάτροις Νέρων προσαγορεύεσθαι· καί τινων εἰκόνας Νέρωνος εἰς τοὐμφανὲς προθεμένων οὐκ ἐκώλυσε. Κλούβιος δὲ Ῥοῦφος εἰς Ἰβηρίαν φησὶ κομισθῆναι διπλώματα, οἷς ἐκπέμπουσι τοὺς γραμματηφόρους, τὸ τοῦ Νέρωνος θετὸν ὄνομα προσγεγραμμένον ἔχοντα τῷ τοῦ Ὄθωνος. οὐ μὴν ἀλλὰ τοὺς πρώτους καὶ κρατίστους αἰσθόμενος ἐπὶ τούτῳ δυσχεραίνοντας ἐπαύσατο.

c. 78, 8 *creditus est etiam de celebranda Neronis memoria agitavisse spe vulgum adliciendi. et fuere qui imagines Neronis proponerent; atque etiam Othoni quibusdam diebus populus et miles, tanquam nobilitatem ac decus adstruerent, Neroni Othoni acclamavit. ipse in suspenso tenuit vetandi metu vel adgnoscendi pudore.*

Consentiunt igitur scriptores, Othonem, ut vulgo blandiretur, statuas Neronis proponi et Neronem Othonem a multitudine se consalutari passum esse. Plutarchus omittit, multos credidisse Othonem re vera memoriam Neronis restituere voluisse, sed acclamationem factam esse in theatro addit. Krauss hoc tribuit peculiari fonti, equidem potius ortum esse crediderim ex Plutarchi res velut in scaenam producendi studio, cuius exempla invenimus.

Adfert deinde locum Cluvii, de quo infra agam, item de extremis verbis ἐπαύσατο et *in suspenso tenuit*, quae videntur secum pugnare.

Digitized by Google

Ab hoc orsus loco Plutarchus usque ad finem capitis tumultum describit inter milites exortum: v. 10—15 τοιαύτην δὲ τῆς ἡγεμονίας κατάστασιν. αὐτῷ λαμβανούσης οἱ μισθοφόροι χαλεποὺς παρεῖχον ἑαυτούς, ἀπιστεῖν παρακελευόμενοι καὶ φυλάττεσθαι καὶ κολούειν τοὺς ἀξιολόγους, εἴτ' ἀληθῶς φοβούμενοι δι' εὔνοιαν, εἴτε προφάσει χρώμενοι ταύτῃ τοῦ ταράττειν καὶ πολεμοποιεῖν. Tacitus nulla praefatione usus dicit c. 80, 1 *parvo interim initio, unde nihil timebatur, orta seditio prope urbi excidio fuit.* Praefationem Plutarchum ipsum composuisse puto [1]). Summa enim verborum copia nihil adfert, quin per se appareat. Diffisos esse milites primoribus et ex re ipsa liquet et a Tacito suo loco (c. 80, 10) memoratur; quod vero milites Othonem quasi monuisse prodit, ut senatores caveret, hoc nihil refert, nam eum in rebus componendis aliqua uti libertate iam vidimus. Denique in dubio relinquit, cur milites adeo excitati fuerint, sed eius modi quoque additamenta saepius occurrunt.

Tacitus solam rem breviter adumbrat, Plutarchus ut lector attentus non reticet quae ipse cogitavit. De seditione, si leviora non curamus, plane consentiunt:

v. 15—25 Κρισπῖνον δὲ πέμψαντος αὐτοῦ τὴν ἑπτακαιδεκάτην σπεῖραν Ὠστίας ἀπάξοντα, κἀκείνου νυκτὸς ἔτι συσκευαζομένου καὶ τὰ ὅπλα	c. 80, 2 sq. *septimam decimam cohortem ex colonia Ostiensi in urbem acciri Otho iusserat; armandae eius cura Vario Crispino tribuno e praetorianis data. is quo magis va-*

1) Krauss p. 7.

ταῖς ἁμάξαις ἐπιτιθέντος, οἱ θρασύτατοι πάντες ἐβόων οὐδὲν ὑγιὲς τὸν Κρισπῖνον ἥκειν διανοούμενον, ἀλλὰ τὴν σύγκλητον ἐπιχειρεῖν πράγμασι νεωτέροις καὶ τὰ ὅπλα κατὰ Καίσαρος, οὐ Καίσαρι παρακομίζεσθαι. τοῦ δὲ λόγου πολλῶν ἁπτομένου καὶ παροξύνοντος οἱ μὲν ἐπελαμβάνοντο τῶν ἁμαξῶν, οἱ δὲ τοὺς ἐνισταμένους ἑκατοντάρχας δύο καὶ τὸν Κρισπῖνον αὐτὸν ἀπέκτειναν, πάντες δὲ διασκευασάμενοι καὶ παρακαλέσαντες ἀλλήλους Καίσαρι βοηθεῖν ἤλαυνον εἰς τὴν Ῥώμην.

cuius quietis castris iussa exsequeretur, vehicula cohortis incipiente nocte onerari aperto armamentario iubet. tempus in suspicionem, causa in crimen, adfectatio quietis in tumultum evaluit, et visa inter temulentos arma cupidinem sui movere. fremit miles et tribunos centurionesque proditionis arguit, tanquam familiae senatorum ad perniciem Othonis armarentur, pars ignari et vino graves, pessimus quisque in occasionem praedarum, vulgus, ut mos est, cuiuscumque motus novi cupidum; et obsequia meliorum nox abstulerat. resistentem seditioni tribunum et severissimos centurionum obtruncant; rapta arma, nudati gladii, insidentes equis urbem ac Palatium petunt.

Hic inesse obscuritatem iam diu est observatum[1]). Tacitus aperte neque dicit, qui milites tumultuati sint, neque ubi seditio exorta sit. Sed ex verbis *cohortem . . . in urbem acciri . . . iusserat* cohortem XVII iam Romae fuisse apparere videtur. Quam ad armandam Crispinus arma ex castris (nempe praetoriis) adferre iussus

1) cf. Wiedemann l. l. p. 39; Lange p. 62 et 63, apud quem adn. 113 pro ‚Romae' legendum ‚Ostiae'; Krauss p. 11 et 27.

Digitized by Google

est, atque ibidem praetoriani seditionem moverunt. Contra Plutarchus rem ita accepisse videtur, quasi Ostiae seditio exarsisset. Id vero fieri non potuisse, nemo est qui neget [1]). Itaque Plutarchus errore captus est, qui facillime explicatur, si Tacito eum usum esse statuimus. Qui cum unum nomen Ostiae adferat et praeterea non nisi voces incertas velut *urbs* et *castra* adhibeat, obiter Tacitum legenti res dubia esse potuit. Sin communem fuisse fontem sumimus, vix credibile est, in eo quoque eandem fuisse obscuritatem [2]).

Singulis in rebus quanquam non differunt scriptores, tamen Plutarchus, ut est ieiunior et loquacior, vivam Taciti narrationem cum infringit, tum additamentis exornat: velut nonnullos milites vehicula corripuisse tradit omniumque imperatoris servandi studium pluribus verbis exprimit. Hoc Nissen (p. 516 sq.) cum premit

---

1) cf. Krauss p. 11.

2) Ceterum quo modo res se habuerit nondum consentiunt homines docti. Wiedemann enim vehicula, quae Tacitus commemorat, naves fuisse putat, quibus arma Ostiam transferrentur. Sed quo modo fieri potuerit, ut ex castris praetoriis paene duo milia passuum a Tiberi sitis arma navibus trans collem Viminalem aveherentur, non docet. Itaque, praesertim cum cohors iam Romae fuisse videatur, sine dubio intellegendi sunt currus. Sane Suetonius O. 8 dicit *placuerat per classiarios arma transferri remittique navibus* et Krauss p. 27 haec verba, ut Tacito accommodet, ita explicat, classiarios iussos esse arma ex castris praetoriis vehiculis ad Tiberim transportare impositaque navibus Ostiam transferre. Sed neglegit, cohortem iam Romam accitam fuisse. Etiam si Ostiae tendebat, Otho, qui eam in urbem accire volebat, arma non Ostiam sed Romam portari iussit, ut de navibus cogitari non possit. Qua re Suetonium rem ab ipso non intellectam narrare arbitror. Nam quid illud transferre et remittere sibi velit, non video.

Digitized by Google

Tacitum omnia delevisse contendit, unde Othonem inter senatum et populum militesque fluctuasse appareret. Ex Plutarcho vero id optime elucere censet. Sed nullo iure paucissimis huius verbis tantam tribuit vim. Milites enim Othonem amavisse et optimatibus diffisos esse ne Tacitus quidem omittit (h. 1, 80, 9 *fremit miles . . . tanquam . . . armarentur;* c. 85, 7 *maligna cura in omnes, quos nobilitas aut opes aut aliqua insignis claritudo rumoribus obiecerat)* sed cum omnibus, quae aliquid valent, prolatis lectori committat, ut iudicium faciat, Plutarchus ipse quodam modo lectoris agit partes et quae Tacitus non nisi leniter significat molli exponit loquacitate. Ac cum novam non adferat rei lucem, eius modi additamentis nequaquam efficitur, alium ei fuisse fontem. Numerum centurionum a militibus occisorum ab alio auctore petivit.

v. 25—28 καὶ πυθόμενοι παρ' αὐτῷ δειπνεῖν ὀγδοήκοντα συγκλητικοὺς ἐφέροντο πρὸς τὰ βασίλεια, νῦν καιρὸν εἶναι λέγοντες ἐν ταὐτῷ πάντας ἀνελεῖν τοὺς Καίσαρος πολεμίους.	c. 81, 1 *erat Othoni celebre convivium primoribus feminis virisque.*

Numerum Tacitus ne hic quidem curat. Pergit Plutarchus:

v. 28—39 ἡ μὲν οὖν πόλις ὡς αὐτίκα διαρπαγησομένη θόρυβον εἶχε πολύν, ἐν δὲ τοῖς βασιλείοις ἦσαν διαδρομαὶ καὶ τὸν Ὄθωνα δεινὴ κατελάμβανεν ἀπορία. φοβούμενος γὰρ ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν αὐτὸς ἦν φοβερὸς ἐκείνοις, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀνηρτημένους ἑώρα ταῖς ὄψεσιν ἀναύδους καὶ περιδεεῖς,

Digitized by Google

ἐνίους καὶ μετὰ γυναικῶν ἥκοντας ἐπὶ τὸ δεῖπνον. ἅμα δὲ τοὺς ἐπάρχους ἀπέστελλε τοῖς στρατιώταις διαλέγεσθαι καὶ πραΰνειν κελεύσας, ἅμα δὲ τοὺς κεκλημένους ἄνδρας ἀναστήσας καθ' ἑτέρας θύρας ἀφῆκε· καὶ μικρὸν ἔφθησαν ὑπεκφυγόντες διὰ τῶν μισθοφόρων ὠθουμένων εἰς τὸν ἀνδρῶνα καὶ πυνθανομένων, τί γεγόνασιν οἱ Καίσαρος πολέμιοι. Haec omnia apud Tacitum inveniuntur c. 81 et 82. In urbe magnum exstitisse terrorem dicit c. 82, 10 *postera die velut capta urbe clausae domus*, *rarus per vias populus*, *maesta plebs* et c. 85 diserte enarrat, i. e. finito tumultu, certe aptius, nam tum maxime, cum milites nocte Palatium petebant, seditio nondum omnibus nota esse potuit. Itaque Plutarchus falli videtur. Convivas nuntio adlato perturbatos esse memorat c. 81, 2 *trepidi . . . manere ac deprehendi an fugere et dispergi periculosius foret*, Othonem perterritum esse legimus c. 81, 5 *simul Othonis vultum intueri; utque evenit inclinatis ad suspicionem mentibus, cum timeret Otho, timebatur* (haec ad verbum congruunt cum Plut. φοβούμενος ἦν φοβερός), *sed haud secus discrimine senatus quam suo territus;* mulieres convivio interfuerunt v. 1 *feminis* et v. 11 *feminae;* praefecti mittuntur ad milites omnesque convivae demittuntur v. 8 *praefectos praetorii ad mitigandas militum iras statim miserat et abire propere omnes e convivio iussit;* omnes diffugiunt v. 9 *tum vero passim magistratus proiectis insignibus*, *vitata comitum et servorum frequentia*, *senes feminaeque per tenebras diversa urbis itinera . . . incertas latebras petivere;*

Digitized by Google

quod eos aliis portis ex Palatio abiisse Plutarchus tradit, hoc ipse excogitavit, neque perspexit, se ipsum secum pugnare, cum pergat fugisse eos δὶα τῶν μισθοφόρων ὠθουμένων. Denique milites in ipsam domum inrupisse legimus c. 82, 1 *militum impetus ne foribus quidem Palatii coercitus, quo minus in convivium inrumperent, ostendi sibi Othonem expostulantes . . . undique arma et minae modo in centuriones tribunosque modo in senatum universum, lymphatis . . . animis et licentiam in omnes poscentibus.* Itaque exceptis duobus numeris totam narrationem Plutarchus a Tacito haurire potuit. Cetera quoque congruunt:

v. 39—41 τότε μὲν οὖν ὀρθὸς ἀπὸ τῆς κλίνης πολλὰ παρηγορήσας καὶ δεηθεὶς καὶ μηδὲ δακρύων φεισάμενος μόλις ἀπέπεμψεν αὐτούς.	c. 82, 8 *donec Otho contra decus imperii toro insistens precibus et lacrimis aegre cohibuit, redieruntque in castra inviti neque innocentes.*

Finem tumultus Tacitus diligentius describit:

v. 41—49 τῇ δ' ὑστεραίᾳ δωρησάμενος ἅπαντας κατ' ἄνδρα χιλίαις καὶ διακοσίαις καὶ πεντήκοντα δραχμαῖς εἰσῆλθεν εἰς τὸ στρατόπεδον, καὶ τὸ μὲν πλῆθος ἐπῄνεσεν, ὡς πρὸς αὐτὸν εὔνουν καὶ πρόθυ-	c. 82, 10 sq. *postera die . . . adlocuti sunt . . . praefecti . . . finis sermonis in eo, ut quina milia nummum singulis militibus numerarentur* [1]. *tum Otho ingredi castra ausus. atque illum tribuni centurionesque circumsistunt, abiectis militiae insignibus otium et salutem flagitantes. sensit invidiam miles et com-*

1) Hanc quoque summam Plutarchus recte drachmis expressit.

μον, ὀλίγους δέ τινας οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ φήσας ὑποικουρεῖν διαβάλλοντας αὐτοῦ τὴν μετριότητα καὶ τὴν ἐκείνων εὐστάθειαν ἠξίου συναγανακτεῖν καὶ συγκολάζειν. ἐπαινούντων δὲ πάντων καὶ κελευόντων δύο μόνους παραλαβών, οἷς οὐδεὶς ἔμελλεν ἄχθεσθαι κολασθεῖσιν, ἀπηλλάγη·	*positus in obsequium auctores seditionis ad supplicium ultro postulabat.* sequitur oratio Othonis, quam Plutarchus praetermittit, in qua ille dicit c. 83, 24 *unus alterve perditus ac temulentus (neque enim plures consternatione proxima insanisse crediderim) imperatoris sui tentorium inrumpet?* et c. 83, 10 *veni postulaturus a vobis temperamentum vestrae fortitudinis et erga me modum caritatis.* Duos tantum supplicio adfectos esse tradit c. 84, 11 *paucorum culpa fuit, duorum poena erit* militesque eorum necem non aegre tulisse c. 85, 2 *severitatis modus (neque enim in plures quam in duos animadverti iusserat)* [1] *grate acceptus.*

Haec omnia Plutarchum ex Tacito transscribere potuisse manifestum est.

Cap. IV aeque concinit cum Tacito. Ac primis verbis v. 1—3 ταῦτα οἱ μὲν ἀγαπῶντες ἤδη καὶ πιστεύον-

1) Krauss p. 7 οἷς — κολασθεῖσι ex alio fonte ortum esse putat ita explicans, eos supplicio adfectos esse, quos salvos esse nullius interesset. Sed hanc non opus est inesse vim. Plutarchus dicere vult, duos esse punitos, neque quemquam eorum sc. tam paucorum miseruisse.

Digitized by Google

τες ἐθαύμαζον τὴν μεταβολήν, οἱ δ' ἀναγκαῖα πολιτεύματα πρὸς τὸν καιρὸν ἡγοῦντο δημαγωγοῦντος αὐτοῦ διὰ τὸν πόλεμον scriptor ad bellum transit. Locus plane similis non exstat apud Tacitum. Sed in priore parte eadem inest sententia quae extremo O. 1, altera non nisi transeundi causa inserta videtur. Per totum caput Plutarchus, etsi consentit cum Tacito, tamen suo arbitrio conectit facta. Itaque nuntium de Vitellio tum demum Romam venisse tradit:

v. 3—5 ἤδη γὰρ ἠγγέλλετο βεβαίως Οὐιτέλλιος ἀξίωμα καὶ δύναμιν αὐτοκράτορος ἀνειληφώς.	c. 50, 1 *trepidam urbem . . . novus insuper de Vitellio nuntius exterruit.*

Tacitus nuntium recte multo prius statim post Galbae caedem perlatum esse prodit, quem Plutarchus ibi commemoret, ubi ipsi idoneum videtur.

v. 5—6 καὶ πτεροφόροι συνεχῶς ἐφοίτων ἀεί τι προσχωρεῖν ἐκείνῳ φράζοντες.	c. 76, 4 *statim cognitum est, conversam ad Vitellium Hispaniam. ne Aquitania quidem . . . diu mansit . . . eadem formido provinciam Narbonensem ad Vitellium vertit.*

Tacitus ipsam describit defectionem, Plutarchus defectionis nuntium brevissime significat.

v. 6—8 ἕτεροι τὰ Παννονικὰ καὶ τὰ Δαλματικὰ καὶ τὰ περὶ Μυσίαν στρατεύματα δηλοῦντες ᾑρῆσθαι μετὰ τῶν ἡγεμόνων τὸν Ὄθωνα.	c. 76, 1 *primus Othoni fiduciam addidit ex Illyrico nuntius, iurasse in eum Delmatiae ac Pannoniae et Moesiae legiones.*

Digitized by Google

Duces non defuisse per se intellegitur.

v. 8—11 ταχὺ δὲ ἀφίκετο καὶ παρὰ Μουκιανοῦ γράμματα καὶ παρὰ Οὐεσπεσιανοῦ φίλια, τοῦ μὲν ἐν Συρίᾳ, τοῦ δὲ ἐν Ἰουδαίᾳ μεγάλας δυνάμεις ἐχόντων.

c. 76, 13 *Iudaeicum exercitum Vespasianus, Syriae legiones Mucianus sacramento Othonis adegere.*

Hoc quoque Tacitus ut factum, Plutarchus ut nuntiatum commemorat; magnas ibi fuisse copias Tacitus saepius dicit, velut c. 10, 1 *Syriam et quattuor legiones obtinebat Licinius Mucianus . . . bellum Iudaeicum Flavius Vespasianus . . . tribus legionibus administrabat.*

v. 11—21 ὑφ' ὧν ἐπαιρόμενος ἔγραψεν Οὐιτελλίῳ παραινῶν στρατιωτικὰ φρονεῖν, ὡς χρήματα πολλὰ δώσοντος αὐτοῦ καὶ πόλιν, ἐν ᾗ βιώσεται ῥᾷστον καὶ ἥδιστον βίον μεθ' ἡσυχίας. ἀντέγραψε δὲ κἀκεῖνος αὐτῷ κατειρωνευόμενος ἡσυχῇ πρῶτον· ἐκ δὲ τούτου διερεθιζόμενοι πολλὰ βλάσφημα καὶ ἀσελγῆ χλευάζοντες ἀλλήλοις ἔγραφον, οὐ ψευδῶς μέν, ἀνοήτως δὲ καὶ γελοίως θατέρου τὸν ἕτερον ἃ προσῆν ἀμφοτέροις ὀνείδη λοιδοροῦντος. ἀσωτίας γὰρ καὶ μαλακίας καὶ ἀπειρίας πολέμων καὶ τῶν πρόσθεν ἐπὶ πενίᾳ χρεῶν πλήθους ἔργον ἦν εἰπεῖν ὁποτέρῳ μεῖον αὐτῶν μέτεστι.

c. 74, 1 *crebrae interim et muliebribus blandimentis infectae ab Othone ad Vitellium epistulae offerebant pecuniam et gratiam et quemcumque quietis locum prodigae vitae legisset. paria Vitellius ostentabat, primo mollius stulta utrimque et indecora simulatione; mox quasi rixantes stupra et flagitia invicem obiectavere, neuter falso.*

Digitized by Google

Nissenio, qui p. 511 Tacitum communis auctoris narrationem a Plutarcho diligentius expressam contraxisse putat, imprimis ex extrema particula Plutarchi id conligi licere concesserim, sed eodem iure Plutarchum Taciti verba extendisse dicere possumus; nihil enim novi refert, atque aliquot iam invenimus locos, ubi idem studium secutus in errorem delapsus est. Singula plane concinunt (*neuter falso* = οὐ ψευδῶς), sed Plutarchus omnia diffusius enarrat et in maius extollit. Eo tantum vere differunt, quod Plutarchus Othonem provinciis iam ad se conversis litteras ad Vitellium dedisse dicit, cum Tacitus illius rei mentionem faciat c. 74, antequam de provinciis agat. Sed hoc non mirum: rursus enim videmus Plutarchum suo arbitro res conectere[1]). In communi fonte sine dubio haec eodem ordine atque a Tacito tradita erant.

1) Beckurts p. 38 adn. 2 gravius offendit. Negat enim credibile esse, Othonem, antequam de provinciarum animis certior factus esset, tanta cum fiducia Vitellio obsistere ausum esse. Itaque in communi quem statuit fonte bis rem fuisse narratam conicit et ante et post provincias commemoratas, atque Suetonio O. 8 et Cassio Dione 64, 10 (*per internuntios ac litteras consortem imperii generumque se Vitellio obtulit* et ὁ δὲ Ὄθων καὶ μὴ ἔπειθε τὸν Οὐιτέλλιον ἐς κοινωνίαν αὐτὸν τῆς ἀρχῆς πολλάκις παρακαλῶν) nisus suspicatur, primo Othonem consortem imperii se obtulisse, deinde superbius Vitellio obstitisse, ac Tacitum alteram rem altero loco proferre. Sed illud argumentum nihil valet. Nam, si quis alium deterrere vult, nequaquam opus est, praesto ei esse opes ad id quod velit exsequendum. Coniectura vero Beckurtsii est contortissima, et mirandum esset, scriptores ita alterum alteram rem praetermisisse. Multo simplicius difficultas expeditur, si unum fuisse litterarum sermonem sed duas fuisse relationes statuimus, quarum unam Tacitus receperit, a quo eam Plutarchus hauriret et alio loco poneret, alteram secuti sint Suetonius et Cassius Dio.

Digitized by Google

Quam enim Plutarchus sequitur rationem, cum multo simplicior sit, Tacitum eum ordinem quasi in peius mutasse non est veri simile. Mutavit igitur Plutarchus.

In reliqua capitis parte prodigia enumerat Othoni infausta, quae omnia apud Tacitum inveniuntur. Incipit v. 21—22 σημείων δὲ καὶ φαντασμάτων πολλῶν λεγομένων, τὰ μὲν ἄλλα φήμας ἀδεσπότους καὶ ἀμφιβόλους εἶχεν, quae ab ipso inventa puto. Tacitus dicit c. 86, 1 *prodigia insuper terrebant diversis auctoribus vulgata*, quae optime quadrant ad antecedentia, ubi de omnium rerum perturbatione agit.

v. 22—24 ἐν δὲ Καπιτωλίῳ Νίκης ἐφεστώσης ἅρματι τὰς ἡνίας πάντες εἶδον ἀφειμένας ἐκ τῶν χειρῶν, ὥσπερ κρατεῖν μὴ δυναμένης.	c. 86, 2 *in vestibulo Capitolii omissas habenas bigae, cui Victoria institerat.*

Quo modo interpretati sint homines prodigium Tacitus omittit, Plutarchus addit, qui hic quoque non tam rem ipsam, quam quo modo ea homines commoti sint memorat, et prodigium non factum sed ab omnibus visum esse dicit. Secundum prodigium Plutarchus non commemorat, tertium adfert:

v. 24—29 καὶ τὸν ἐν μεσοποταμίᾳ νήσῳ Γαΐου Καίσαρος ἀνδριάντα μήτε σεισμοῦ γεγονότος μήτε πνεύματος ἀφ' ἑσπέρας μεταστραφέντα πρὸς τὰς ἀνατολάς· ὅ φασι συμβῆναι περὶ τὰς ἡμέρας ἐκείνας, ἐν αἷς οἱ περὶ Οὐεσπεσιανὸν ἐμφανῶς ἤδη τῶν πραγμάτων ἀντελαμβάνοντο.	c. 86, 4 *statuam divi Julii in insula Tiberini amnis sereno et immoto die ab occidente in orientem conversam.*

Digitized by Google

ubi divum Julium recte C. Caesarem intellexit et rursus quid significaverit prodigium de suo adnotat, neque recte; nam ἐμφανῶς imperii occupandi consilia Vespasianus et Mucianus non inierunt, antequam Otho mortuus et Vitellius principatum adeptus est[1]) (cf. Tac. h. 2, 74 sq.). Ceteris prodigiis omissis Plutarchus solam Tiberis inundationem commemorat:

v. 29—35 καὶ τὸ περὶ τὸν Θύμβριν δὲ σύμπτωμα σημεῖον ἐποιοῦντο οἱ πολλοὶ μοχθηρόν. ἦν μὲν γὰρ ὥρα, περὶ ἣν μάλιστα οἱ ποταμοὶ πλήθουσιν, ἀλλ' οὔπω τοσοῦτος ἤρθη πρότερον οὐδὲ ἀπώλεσε τοσαῦτα καὶ διέφθειρεν ὑπερχυθεὶς καὶ κατακλύσας πολὺ μέρος τῆς πόλεως, πλεῖστον δὲ ἐν ᾧ τὸν ἐπὶ πράσει διαπωλοῦσι σῖτον, ὡς δεινὴν ἀπορίαν ἡμερῶν συχνῶν κατασχεῖν.

v. 86, 8 *sed praecipuus et cum praesenti exitio etiam futuri pavor subita inundatione Tiberis, qui immenso auctu proruto ponte sublicio et strage obstantis molis refusus, non modo iacentia et plana urbis loca sed secura eius modi casuum implevit: rapti e publico plerique, plures in tabernis et cubilibus intercepti, fames in vulgus inopia quaestus et penuria alimentorum.*

1) Nissen quid dicere velit p. 513 et 514 non intellego. φασὶ enim Plutarchi ex auctore sumptum vult, ita ut hic dubitanter adiecerit, prodigium illud relatum esse ad Vespasianum. Atque, cum a Tacito h. 2, 4 Titus Paphium oraculum consuluisse dicatur, apparere dicit, auctorem utramque rem coniungere et uni diei attribuere voluisse. Fortasse Nissen his evincere vult, illud enuntiatum iam in fonte exstisse, sed unde id efficiatur non docet. Immo ex adverbio ἐμφανῶς coniecturam stare non posse apparet et errasse auctorem, si addidit. Si autem auctor aliquis id falso potuit addere, Plutarchus quoque potuit.

Digitized by Google

Haec sibi plane respondent. Aliqua cum Plutarchus solus exhibeat, alium subesse fontem credat aliquis. Sed Plutarchus quo modo inopia exstitisset explicare voluit: ea enim profert, quae unus quisque perspicere potuerit 1). Eodem modo cetera se habent. Ipsam inundationem ieiunius describit aliis, quae minoris momenti sunt, prolatis, velut illa inundatione maiorem nullam fuisse dicit et eam illo tempore anni exstitisse, quo Tiberis ripas excedere soleret. Quod utrum recte se habeat necne diiudicare non possum.

Cap. V belli apparatus et initium narratur. Plutarchus multo est brevior:

v. 1—6 ἐπεὶ δὲ τὰς Ἄλπεις κατέχοντες ἤδη προσηγγέλλοντο Κεκίνας καὶ Οὐάλης Οὐιτελλίῳ στρατηγοῦντες, ἐν Ῥώμῃ Δολαβέλλας, εὐπατρίδης ἀνήρ, ὑποψίαν παρεῖχε τοῖς μισθοφόροις νεώτερα φρονεῖν. ἐκεῖνον μὲν οὖν εἴτε αὐτὸν εἴτε ἄλλον δεδοικὼς εἰς πόλιν Ἀκύνιον παρέπεμψε παραθαρρύνας.

c. 87, 1 *quando Poeninae Cottiaeque Alpes et ceteri Galliarum aditus Vitellianis exercitibus claudebantur* . . . c. 88, 1 *sepositus per eos dies Cornelius Dolabella in coloniam Aquinatem, neque arta custodia neque obscura, nullum ob crimen, sed vetusto nomine et propinquitate Galbae monstratus.*

Duces Vitellianos, qui infra saepissime occurrunt, Plutarchus hic quoque nominat et idem rem non factam sed nuntiatam tradit (O. 4). Dolabellae relegationem

1) Mommsen p. 309 Tacitum neglegentia hoc omisisse ratus Plutarchum communem fontem diligentius expressisse contendit.

Digitized by Google

diligentius memorat, cum praetorianis eum suspectum fuisse dicit. Fortasse ex alio fonte[1]) hoc haustum est, sed potest tamen esse additamentum ipsius Plutarchi. Othonem enim ludibrium fuisse militum ex tota narratione Tacitea apparet. Adicit Plutarchus Othonem aut ipsum Dolabellam aut alium quem timuisse, cum eum relegaret; hoc non cum Nissenio (p. 506) ex fonte excerptum sed ex ipsius ingenio natum crediderim. Hoc quidem loco sensu caret: certe enim Otho Dolabellam seposuit, quod ipsum, non quod alium metuebat. Fieri potest, ut Taciti verbis *propinquitate Galbae* adductus sit. Plutarchus incerte et quasi occulte res significare non amat, sed simplicioribus utitur verbis et clarioribus.

v. 6—8 καταλέγων δὲ τῶν ἐν τέλει συνεκδήμους ἔταξεν ἐν τούτοις καὶ Λεύκιον τὸν Οὐιτελλίου ἀδελφόν, οὔτε προσθεὶς οὐδὲν οὔτε ἀφελὼν ἧς εἶχε τιμῆς.

c. 88, 4 *multos e magistratibus, magnam consularium partem Otho non participes aut ministros bello sed comitum specie secum expediri iubet, in quis et L. Vitellium eodem quo ceteros cultu, nec ut imperatoris fratrem nec ut hostis.*

Quae paene ad verbum congruunt, nisi quod Plutarchus extremam sententiam mutatis exprimit verbis. Quae

1) Ita Krauss p. 7. Nissen p. 518 Tacitum militum non fecisse mentionem putat, ut eorum in senatores furorem celaret. Haec Nissenii sententia cum doctrina eius cohaeret, qua Tacitus, cum communem auctorem exscriberet, omnia deleverit, unde inimicitia inter senatum et plebem militesque cerneretur. Sed cum haec Nissenii sententia a Beckurtsio p. 39 sq. satis refutata sit, ne hoc quidem loco illud argumentum ferri potest. Cur Tacitus hanc rem non incredibilem omiserit non liquet.

Digitized by Google

deinde scripta habemus, haec Tacitus iam pridem accuratius prodidit.

v. 8—10 ἰσχυρῶς δὲ καὶ τῆς μητρὸς ἐπεμελήθη τοῦ Οὐιτελλίου καὶ τῆς γυναικός, ὅπως μηδὲν φοβήσονται περὶ αὐτῶν.	c. 75, 7 *Vitellius litteras ad Titianum fratrem Othonis composuit exitium ipsi filioque eius minitans, ni incolumes sibi mater ac liberi servarentur. et stetit domus utraque.*

Plutarchus et Othonis clementiam magis extollit et praeter matrem Vitellii uxorem commemorat, Tacitus liberos:, in eius modi rebus facillime discrepantia potest intercedere. Neque credibile, in communi aliquo fonte et matrem et uxores et liberos commemoratos fuisse, et utrumque scriptorem quod placeret elegisse. Praeterea si communem fontem statuimus, quonam loco hoc fuerit narratum quaeritur. Mommsenio et Nissenio nihil relinquitur, nisi ut Plutarcho adsentiantur. Sed cum in hoc capite ea enumerentur, quibus Otho, antequam proficisceretur, se tueri studuerit, eadem ratio locum habere videtur quae O. 1, atque Plutarchum puto ordinem mutasse.

v. 10—15 τῆς δὲ Ῥώμης φύλακα Φλαούιον Σαβῖνον, ἀδελφὸν Οὐεσπεσιανοῦ, κατέστησεν, εἴτε καὶ τοῦτο πράξας ἐπὶ τιμῇ Νέρωνος (παρ' ἐκείνου γὰρ εἰλήφει τὴν ἀρχὴν ὁ Σαβῖνος, ἀφείλετο δὲ Γάλβας αὐτόν), εἴτε μᾶλλον εὔνοιαν ἐνεδείκνυτο Οὐεσπεσιανῷ καὶ πίστιν αὔξων Σαβῖνον. Haec videntur cum Tacito pugnare. De eadem enim re haec refert h. 1, 46, 5 *urbi Flavium Sabinum praefecere iudi-*

Digitized by Google

cium Neronis secuti, plerisque Vespasianum fratrem in eo respicientibus et h. 1, 90, 19 *profectus Otho quietem urbis curasque imperii Salvio Titiano fratri permisit.* Hic locus non utique repugnat Plutarcho. Sabinus enim praefectus urbis creatus est, cum Otho modo adeptus erat imperium, Titianus ab Othone proficiscente relictus est, ut quasi principis vice fungeretur *(curas imperii).* Itaque cum Clasonio (p. 50 adn. 1) consentio, Plutarchum neglegentia quadam quae antea omisisset hoc loco inseruisse et Titianum prorsus neglexisse[1]). Singula enim cum concinant: εἴτε-εἴτε = *iudicium . . . secuti* et *plerisque . . . respicientibus*, Tacitum ipsum inspexisse videtur. Sabinum a Galba munere privatum esse satis apparebat [2]).

Expeditionem, quam uterque iam incohat, cum Tacitus parum perspicue, Plutarchus etiam neglegentius describat, multa sunt obscura. v. 15—18 αὐτὸς μὲν

1) Krauss adn. 20 Clasonium impugnat et, quia paulo post Titianus bello praepositus est et imperium potestasque eius ad praefectum urbis rediere, Plutarchum alio auctore usum esse contendit, a quo Titiano neglecto solus praefectus urbis nominatus fuisset Sed primum non probavit, Titiano eadem quae Sabino officia commissa esse, deinde veri simile non est, ab ullo scriptore Romano traditum fuisse, Othonem tum demum, cum proficisceretur, praefectum urbis creasse i. e. munus illud gravissimum duos fere menses vacuum reliquisse. Vel Krauss unam relationem solam veram esse posse et Tacitum multo probabiliora proferre concedet; altera igitur, ut ipse exponit, vel neglegentia vel errore orta est. Sed si alius scriptor in eius modi neglegentiam delabi potuit, potuit Plutarcho idem accidere.

2) Neque alii fonti tribuerim; in vita enim Galbae id commemoravisset.

Digitized by Google

οὖν ἐν Βριξέλλῳ πόλει τῆς Ἰταλίας περὶ τὸν Ἠριδανὸν ἀπελείφθη, στρατηγοὺς δὲ τῶν δυνάμεων ἐξέπεμψε Μάριόν τε Κέλσον καὶ Σουητώνιον Παυλῖνον ἔτι δὲ Γάλλον καὶ Σπουρίναν. Prima verba ad quaestionem pertinent difficillimam. Plutarchus enim statim initio belli Othonem Brixelli remansisse tradit, unde Bedriacum ad consilium se contulisset; (O. 8, 1 ὁ δὲ Ὄθων παραγενόμενος εἰς Βητριακόν); quo peracto Brixellum redit (O. 10, 1 αὐτὸς δὲ πάλιν εἰς Βρίξιλλον ἀνεχώρησε). Tacitus obscurior est: h. 2, 11 Othonem Annio Gallo et Vestricio Spurinna praemissis Roma profectum esse refert; c. 32 Bedriaci consilio interest, c. 33 Brixellum concedit. Mommsen (p. 310) inde efficit, ex Taciti narratione Othonem usque ad pugnam apud exercitum fuisse et non nisi postremo tempore copias reliquisse. Itaque Plutarchi relationem solam veram esse dicit et Tacitum oratorio scribendi genere ductum arguit Othonem afuisse ab exercitu non nisi imminente proelio memorasse, quo plus valeret imperatoris absentia magisque appareret, quantum detrimenti inde cepisset exercitus. Heraeus in adn. ad. h. 2, 33, 11 eandem doctrinam profitetur. Sed esse dissensionem Gerstenecker[1]) recte negat. Nam, etiam si Tacitus nusquam aperte dicit, Othonem statim initio belli Brixelli i. e. citra Padum remansisse, idem nusquam prodit, eum flumen transgressum ad exercitum se contulisse, qui

1) Gerstenecker „Der Krieg des Otho u. Vitellius" p. 14, 15, 24, 25. adn. 41 et 50.

Digitized by Google

trans Padum in laeva fluminis ripa bellum gereret. Itaque ex Tacito id non elucet, immo inde, quod imperatoris nullam facit mentionem, concludere possumus, eum quoque hoc ita accepisse, quasi Otho copiis ab initio defuisset. Accedit, quod Gerstenecker monet, non omnes copias Othonianas trans Padum fuisse, sed aliquas in dextra ripa remansisse. Qua re cum ducem quoque aliquem remansisse opus sit, is fortasse Otho ipse fuit. Plus valere mihi videtur alius locus, h. 2, 23, 23. Tacitus enim narrat, a gladiatoribus Othonianis, qui ad Cremonam agebant, haud procul Cremona prospere pugnatum esse, et, cum vincentes repressi essent, Othonianos i. e. totum exercitum, qui ad Bedriacum tendebat, omnes duces variis criminibus incessisse. Pergit occultas litteras ad Othonem missas esse, quibus duces incusarentur; litteris autem cum minus opus esset, si aderat imperator, eum alibi scilicet Brixelli fuisse hinc conligam. Plutarchus igitur quo modo haec res se habuerit recte cognovit, quod mirum non est, cum eam notissimam fuisse consentaneum sit. Sed id Tacito licet exprobrare, quod non eam quae par est adhibuit diligentiam. Fortasse eam, quam Mommsen et Heraeus ei attribuunt, secutus est rationem.

Invicem in ducibus commemorandis Plutarchus minus est diligens. Tacitus haec prodit h. 1, 87, 13 *peditum equitumque copiis Suetonius Paulinus, Marius Celsus, Annius Gallus rectores destinati* et h. 2, 11, 14 *his copiis* (quinque coh. praet., equ. vexillis, legioni I,

Digitized by Google

duobus milibus gladiatorum) *rector additus Annius Gallus cum Vestricio Spurinna ad occupandas Padi ripas praemissus.* Itaque Plutarchus res diversas confundit [1]). Primum enim tres illi rectores iam antea erant destinati, cum bellum immineret, neque tum demum copiis praefecti sunt, cum Brixellum ventum erat; deinde Spurinna non erat dux eodem quo ceteri iure, sed Galli imperio subiectus. Fortasse propterea eum hoc loco nominat, quod statim acturus est de eius rebus gestis [2]).

Cetera huius capitis pars eodem modo ex Tacito composita esse videtur, aut saltem composita esse potest. Attributum ἄνδρας ἐνδόξους, quod v. 18 de suo addit, iis respondet, quae Tacitus de illis viris iudicat h. 1, 87, 17 *auctoritatem Paulini, vigorem Celsi, maturitatem Galli* et h. 1, 90, 10 *in consiliis militiae Suetonio Paulino et Mario Celso . . . uti credebatur.* Spurinnae fortitudo in defendenda Placentia cernitur (h. 2, 18—22).

In hoc sententiarum nexu Plutarchus, ut est morum praeceptor, quae de militum utriusque exercitus animis scire poterat omnia prodit, ita ut non singula memoret, sed rem in universum peragat; et adnectit hoc ad ἄνδρας ἐνδόξους: v. 18—22 χρήσασθαι δὲ μὴ δυνηθέντας ἐπὶ τῶν πραγμάτων ὡς προῃροῦντο τοῖς ἑαυτῶν λογισμοῖς δι' ἀταξίαν καὶ θρασύτητα τῶν στρατιωτῶν. οὐ γὰρ ἠξίουν ἑτέρων ἀκούειν, ὡς παρ' αὐτῶν τοῦ αὐτοκράτορος τὸ ἄρχειν ἔχοντος. His ea contraxit, quae apud Tacitum dispersa

1) cf. Krauss p. 11; Gerstenecker p. 62, adn. 41.

2) Hoc Krauss conicit p. 11.

Digitized by Google

sunt. Duces propter militum insolentiam consilia exsequi non potuisse, ex h. 2, 18 et 19 apparet, ubi militum furorem describit et Spurinnam coactum comitem factum esse alienae stultitiae dicit. Eadem sententia exstat h. 2, 23, 17 *Othonianis . . . omnia ducum facta prave aestimantibus*, c. 26, 16 *apud paucos ea ducis ratio probata, in vulgus adverso rumore fuit*, c. 39, 6 *miles alacer, qui tamen iussa ducum interpretari quam exsequi mallet.* Adeo iactasse se milites Tacitus non dicit, sed et legimus c. 33, 17 *Otho, cui uni apud militem fides* et ex re ipsa id ita apparebat, ut Plutarchus iusto iure illis verbis uti posset.

Transit ad Vitellianos v. 22—25 ἦν μὲν οὖν οὐδὲ τὰ τῶν πολεμίων ὑγιαίνοντα παντάπασιν οὐδὲ χειροήθη τοῖς ἡγεμόσιν, ἀλλ' ἔμπληκτα καὶ σοβαρὰ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. Ne his quidem respondet apud Tacitum sententia communis, sed c. 28 et 29 insanum Valentis militum tumultum describit; Quam vero addit Plutarchus causam, in hanc idem valet, quod supra diximus. — Iam, ubi comparare exercitus pergit, a vero aberrat: v. 25—31 οὐ μὴν ἀλλ' ἐκείνοις ἐμπειρία γε παρῆν τοῦ μάχεσθαι καὶ τοῦ κάμνειν ἐθάδες ὄντες οὐκ ἔφευγον, οὗτοι δὲ μαλακοὶ μὲν ἦσαν ὑπὸ σχολῆς καὶ διαίτης ἀπολέμου, πλεῖστον χρόνον ἐν θεάτροις καὶ πανηγύρεσι καὶ παρὰ σκηνὴν βεβιωκότες, ὕβρει δὲ καὶ κόμπῳ ἐπαμπέχειν ἐβούλοντο, προσποιήσασθαι τὰς λειτουργίας ὡς κρείττονες ἀπαξιοῦντες, οὐχ ὡς ἀδύνατοι φέρειν. Exercitum Germanicum belli peritissimum et exercitatissimum Tacitus aliquotiens dicit velut h. 1,

Digitized by Google

51, 2 *ferox praeda gloriaque exercitus* et 2, 21, 18 *legionum et Germanici exercitus robur*. Othonis autem milites cum segnes et ignavos nusquam dicat, Plutarchum hoc loco praesumpsisse puto, quae O. 6, 1—16 suo loco memorat et Tacitus 2, 21, 17 adfert. Agitur ibi de oppugnatione Placentiae, quam Caecina, alter dux Vitellianorum, adgrediebatur, Spurinna defendebat. Ubi legimus *utrimque pudor, utrimque gloria et diversae exhortationes hinc legionum et Germanici exercitus robur, inde urbanae militiae et praetoriarum cohortium decus attollentium; illi ut segnem et desidem et circo ac theatris corruptum militem, hi peregrinum et externum increpabant.* Tacitus igitur multo aptius non ipse militibus Othonianis honorificam illam appellationem tribuit, sed hostes hoc modo eos increpantes facit. Neque milites Othoniani, qui hoc bello fortissimos se praebuerunt, digni erant illa appellatione[1]). Singula sibi respondent: μαλακοὶ = *segnes*, ὑπὸ σχολῆς καὶ διαίτης ἀπολέμου = *desides*, ἐν θεάτροις etc. = *circo ac theatris*, sed Plutarchus pluribus verbis usus et pleno gradu ingressus plura hariolatur de Othonianorum ignavia et inertia. Transit ad Spurinnam v. 31—34 ὁ δὲ Σπουρίνας προσβιαζόμενος αὐτοὺς ἐκινδύνευσε μικρὸν ἐλθόντας ἀνελεῖν αὐτόν.

1) Nissen p. 510 in fonte bis huius rei mentionem factam fuisse, eumque a Plutarcho diligenter expressum esse putat, cum Tacitus, cui id longum fuisset, res in unum comprehendisset. Sed, cum sola Taciti relatio ferri possit, Plutarchum breviorem narrationem extendisse potius crediderim. Ac rursus eum hoc studio ductum in errorem incidere videmus. cf. Gerstenecker p. 15, 54, 62 adn. 42.

Digitized by Google

ὕβρεως δὲ καὶ βλασφημίας οὐδεμιᾶς ἐφείσαντο προδότην καὶ λυμεῶνα τῶν Καίσαρος καιρῶν καὶ πραγμάτων λέγοντες. Gerstenecker p. 15 ex Plutarcho neque apparere iure monet, ubi fuerit Spurinna, neque quid postulaverit a militibus. Quanquam O. 6, 2 eum Placentiam obtinuisse dicit, tamen, qua de re agatur, ex solo Tacito comperimus (c. 18 sq.). Spurinna, cum milites intra munimenta coercere conaretur neque Caecinae temere obviam ire sineret, capitis periculum subiit c. 18, 5 *indomitus miles et belli ignarus correptis signis vexillisque ruere et retinenti duci tela intentare spretis centurionibus tribunisque.* Ceteris verbis Plutarchus copiosissime idem exprimit quod Tacitus c. 18, 7 *quin prodi Othonem et accitum Caecinam clamitabant.* Fugit quoque Plutarchum, quod ita iis repugnat, quae modo de Othonianorum segnitia dixit; tantum enim studium non segnium est militum, sed quamvis insolentium, tamen acerrimorum et pugnandi ardore flagrantium.

Sequitur narratiuncula, quae apud Tacitum deest: v. 34—36 ἔνιοι δὲ καὶ μεθυσθέντες ἤδη νυκτὸς ἦλθον ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἐφόδιον αἰτοῦντες· εἶναι γὰρ αὐτοῖς πρὸς Καίσαρα βαδιστέον, ὅπως ἐκείνου κατηγορήσωσιν. Haec ex alio fonte hausta neque, ut Clason (p. 51 adn. 1) putat, a Plutarcho ipsa inventa est[1]).

1) Gerstenecker p. 16 eam in dubium vacat, quod ea belli tempestate Otho nondum in illam regionem advenerit. Certe hoc primo tempore belli accidit, cum Spurinna et Gallus soli ad Padum rem agebant, atque ille occidentalem, hic (id conligendum est) orientalen illius regionis partem tueri studebant, Otho vero cum ceteris copiis

Digitized by Google

Cap. VI pergit de Spurinna agere:
v. 1—16 ὤνησε δὲ τὰ πράγματα καὶ Σπουρίναν ἐν τῷ παραυτίκα λοιδορία περὶ Πλακεντίαν γενομένη τῶν στρατιωτῶν. οἱ γὰρ Οὐιτελλίου τοῖς τείχεσι προσβάλλοντες ἐχλεύαζον τοὺς Ὄθωνος ἑστῶτας παρὰ τὰς ἐπάλξεις, σκηνικοὺς καὶ πυρριχιστὰς καὶ Πυθίων καὶ Ὀλυμπίων θεωρούς, πολέμου δὲ καὶ στρατείας ἀπείρους καὶ ἀθεάτους ἀποκαλοῦντες, καὶ μέγα φρονοῦντας ἐπὶ τῷ γέροντος ἀνόπλου κεφαλὴν ἀποτεμεῖν, τὸν Γάλβαν λέγοντες, εἰς δὲ ἀγῶνα καὶ μάχην ἀνδρῶν οὐκ ἂν ἐκφανῶς καταβάντας. οὕτω γὰρ ἐταράχθησαν ὑπὸ τούτων τῶν ὀνειδῶν καὶ διεκάησαν, ὥστε προσπεσεῖν τῷ Σπουρίνᾳ δεόμενοι χρῆσθαι καὶ προστάττειν αὐτοῖς οὐδένα κίνδυνον οὐδὲ πόνον ἀπολεγομένοις. ἰσχυρᾶς δὲ συστάσης τειχομαχίας καὶ μηχανημάτων πολλῶν προσαχθέντων ἐκράτησαν οἱ τοῦ Σπουρίνα, καὶ φόνῳ πολλῷ τοὺς ἐναντίους ἀποκρουσάμενοι διετήρησαν ἔνδοξον πόλιν καὶ τῶν Ἰταλῶν οὐδεμιᾶς ἧττον ἀνθοῦσαν. Hic aliqua sunt, quae offendant. Prima quidem verba ὤνησε — στρατιωτῶν scriptor inseruit, ut ad Placentiae oppugnationem describendam transiret. Quam cum Tacitus enarret ut homo vere historicus, Plutarchus ita adnectit ad antecedentia, ut nihil aliud sit nisi appendix eorum, quae de utriusque exercitus vitiis supra declamavit. Vitelliani Placentiam adgrediuntur h. 2, 20, 12 (Caecina) *consilia curasque in oppugnationem Placentiae*

---

et Suetonio Marioque ducibus appropinquabat. Sed tamen res non est addubitanda. Ab ebriis enim militibus nemo potest postulare, ut rerum conditionis rationem sibi reddant.

Digitized by Google

. . . *vertit*. Quae deinde scripta habemus apud Plutarchum inepta sunt. Milites enim Spurinnae hostium conviciis ad obsequium revocatos esse tradit et certamen describit, ubi Vitelliani repelluntur: quasi milites in muro et campo steterint convicia sibi ingerentes, et Othoniani non nisi in conspectu hostium a caeco furore et stolida immodestia destiterint [1]. Quae Tacitus praebet h. 2, 18 sq., nihil habent offensionis. Spurinnae milites dementia quadam capti, ut hostes adoriantur, Padum transeunt. Sed timore ad modestiam revocati reduci se Placentiam passi sunt, minus turbidi et imperia accipientes. Summo deinde studio oppidi moenibus solidatis Caecinam incaute muros subeuntem repellunt. Quo in certamine amphiteatrum extra muros situm conflagravit. Nocte sequenti opera parantur, atque hoc loco Tacitus mutuarum contumeliarum mentionem facit sed ita, ut non coram sed absente hoste fiant, quo maiore utrique fiducia adficiantur. Postero die impetu renovato et machinamentis ab adgredientibus adhibitis iterum repulsi Cremonam petere intendunt. Plutarchus unum fecit impetum, singula vero eius verba Tacito respondent. Certamen gravissimum fuisse ex c. 22 apparet, ubi alter impetus describitur et machinae enumerantur v. 7 *legionarius pluteis et cratibus tectus subruit muros, instruit aggerem, molitur portas*. Loco φόνῳ πολλῷ apud Tacitum invenitur c. 21, 12 *multo suorum cruore pulsus Caecina*,

1) cf. Krauss p. 12; Gerstenecker p. 15 et p. 63 adn. 43.

quanquam hoc ad priorem impetum pertinet. Convicia, quae Plutarchus Vitellianos Othonianis iniecisse memorat, fere eadem sunt, quae O. 5, 25—31 ipse iis tribuit, paulo uberiora et auctiora. Totum vero quod praebet spectaculum ipse concepit, qua in re non curat, utrum ferri possint, quae proferat, necne [1]). Extrema de oppido Plutarchi verba ipse, qui oppidum haud dubie viderit, addere potuit [2]). — Deinde Plutarchus duces describit v. 16—21 ἦσαν δὲ καὶ τὰ ἄλλα τῶν Οὐιτελλίου στρατηγῶν οἱ Ὄθωνος ἐντυχεῖν ἀλυπότεροι καὶ πόλεσι καὶ ἰδιώταις· ἐκείνων δὲ Κεκίνας μὲν οὔτε φωνὴν οὔτε σχῆμα δημοτικός, ἀλλ' ἐπαχθὴς καὶ ἀλλόκοτος, σώματος μεγάλου, Γαλατικῶς ἀναξυρίσι καὶ χειρῖσιν ἐνεσκευασμένος, σημείοις καὶ ἄρχουσι Ῥωμαϊκοῖς διαλεγόμενος. Primum de ducibus Othonianis enuntiatum transitus causa infertum est: eius modi enim interposita et opposita saepius occurrunt. Atque hoc quidem loco, ubi utriusque exercitus duces opponit, cum de Othonis nihil mali compertum haberet, illud inserere potuit. Iis vero, quae de Caecina exponit, Tacito quodam modo

1) **Krauss** quidem p. 12 ex peculiari fonte hoc haustum esse iudicat. Sed cum una tantum relatio vera esse possit et Tacito fidem habendam esse per se appareat, neque ea, quae Krauss ad explicanum profert, probanda videantur (orasse enim milites, ut eruptionis faciendae facultas sibi daretur, vix est credibile), quae apud Plutarchum exstant prorsus sunt repudianda. Itaque inventa sunt ab aliquo, cui ieiuna veritas non sufficeret; fortasse a Plutarcho ipso.

2) Neque veri simile, quod Clason p. 52 adn. 2 conicit, haec ex iis, quae Tacitus de amphitheatro exusto narret, orta et falso ad totam urbem relata esse c. 21, 3 *pulcherrimum amphitheatri opus* et v. 9 *quod nulla in Italia moles tam capax foret.*

Digitized by Google

repugnat, neque dubito, cui plus fidei habeam. Tacitus enim, etsi in itinere Caecinam aliqua saevitiae exempla edidisse refert (h. 1, 67—69) tamen dicit h. 2, 20, 1 *at Caecina velut relicta post Alpes saevitia ac licentia modesto agmine per Italiam incessit.* Pergit *ornatum ipsius municipia et coloniae in superbiam trahebant, quod versicolori sagulo, bracas [barbarum tegmen] indutus togatos adloqueretur.* Caecinam igitur Tacitus non tradit saevum et superbum se praebuisse, sed municipibus superbum visum esse, qui in specie externa offenderent. Quod testimonium dilucidum verbis non labefactatur Plutarchi, qui omnino res subtiliores neglegat. Erravit igitur Plutarchus et quod in fonte diligenter significatum erat delevit. Ex alio autem fonte eum hoc hausisse, quia singula concinunt, non crediderim, quanquam Plutarchus quasi pinguiores inducit colores [1]): ἐκείνων-ἀλλόκοτος praefationis vice funguntur; σώματος μεγάλου ex *corpore ingens* (1, 53, 2) ortum esse potest; bracas Gallicum fuisse vestimentum Plutarchus scire debebat; χειρῖδας aut ipse addere aut parvo errore ex *versicolori sagulo* fabricari potuit. σημείοις-διαλεγόμενος idem est, quod *togatos adloqueretur* [2]).

1) Fortasse Plutarchus neglegentia, cum haec scriberet, verbis *modesto agmine* neglectis sola *saevitia ac licentia* respexit, quae cum sequentibus coniungeret.

2) Nissen p. 520 adn. 1 Plutarchum communem fontem accuratius exscripsisse putat. Auctorem enim existimat ipsum Caecinam ut superbum et paene barbarum vituperasse, Tacitum vero illud iudicium non recipere, sed municipibus et colonis adscribere. Sed, cum Nissen et inde conligere velit, auctorem fuisse Cisalpinum

Digitized by Google

v. 21—23 καὶ τὴν γυναῖκα παρέπεμπον αὐτῷ λογάδην ἱππεῖς ὀχουμένην ἵππῳ κεκοσμημένην ἐπιφανῶς.	h. 2, 20, 5 *uxoremque eius Saloninam, quod quanquam in nullius iniuriam insignis equo ostroque veheretur, tanquam laesi gravabantur.*

Equites, quos Tacitus non commemorat, Plutarchus fortasse exornandi causa addidit. Certe potuit. κεκοσμημένην ἐπιφανῶς ex *ostro insignis* ortum esse videtur. Ostrum enim utrum ad Saloninam an ad equum pertineat, licet dubitari. Tacitus ad equum rettulisse videtur, Plutarchus ad Saloninam rettulit. Itaque Plutarchum hoc loco ipsum Tacitum inspexisse suspicor.

v. 23—27 Φάβιον δὲ Οὐάλεντα τὸν ἕτερον στρατηγὸν οὔτε ἁρπαγαὶ πολεμίων οὔτε κλοπαὶ καὶ δωροδοκίαι παρὰ συμμάχων ἐνεπίμπλασαν χρηματιζόμενον, ἀλλὰ καὶ ἐδόκει διὰ τοῦτο βραδέως ὁδεύων ὑστερῆσαι τῆς προτέρας μάχης. Caput ad finem perducit v. 27—31 οἱ δὲ τὸν Καικίναν αἰτιῶνται σπεύδοντα τὴν νίκην ἑαυτοῦ γενέσθαι, πρὶν ἐκεῖνον ἐλθεῖν, ἄλλοις τε μικροτέροις περιπεσεῖν ἁμαρτήμασι καὶ μάχην οὐ κατὰ καιρὸν οὐδὲ γενναίως συνάψαι μικροῦ πάντα τὰ πράγματα διαφθείρασαν αὐτοῖς. Rursus a morum descriptione profectus rerum narrationem ut appendicem adnectit. Quae profert de moribus Valentis cum iis plane congruunt, quae apud Tacitum scripta habemus

---

(Plinium), et, quod eum Cisalpinum putat, illud in fonte dictum fuisse concludat, in circulum incidit vitiosissimum. Sed a sana ratione abhorret, illi scriptori, qui subtiliora neglegat, plus habere fidei quam ei, qui talem proferat rem neque vana faciat verba. Coniectura Nissenii prorsus abicienda.

Digitized by Google

h. 1, 66, 10 *fama constans fuit, ipsum Valentem magna pecunia emptum* et v. 14 *lento deinde agmine . . . ductus exercitus, ipsa itinerum spatia et stativorum mutationes venditante duce* et v. 19 *quotiens pecuniae materia deesset, stupris et adulteriis exorabatur.* Singulis rebus omissis Plutarchus omnino iudicium facit. Cetera apud Tacitum exstant h. 2, 30, 1 sq., ita ut milites Valentem incusent *munientibus castra apud Ticinum de adversa Caecinae pugna adlatum, et prope renovata seditio, tanquam fraude et cunctationibus Valentis proelio defuissent.* Hanc non ipsius sed aliorum esse sententiam addito verbo ἐδόκει Plutarchus significat; προτέραν pugnam appellat, quam sequenti descripturus est capite. Crimen Caecinae tributum Tacitus commemorat h. 2, 24, 2 *angebant Caecinam nequiquam omnia coepta et senescens exercitus sui fama . . . propinquante Fabio Valente, ne omne belli decus illuc concederet, reciperare gloriam avidius quam consultius properabat* . . . Quantum inde detrimenti ortum sit Plutarchus uberius exponit, sed praeter unam cladem alia minora incommoda vix poterit enumerare. Itaque totum caput ex Tacito conligere et componere potuit. Fontem communem, si quis forte reperiri potest, minime diligentius expressit. Unam quamque enim rem suo loco Tacitus adfert, Plutarchus ut rhetor novum sententiarum nexum composuit, ubi res gestae non primas sed secundas agunt partes. Mihi quidem persuasum est, in quolibet fonte vere historico res eodem fere ordine enarratas fuisse, quem

Digitized by Google

apud Tacitum habemus. Iam si Plutarchus alio fonte tam libere uti potuit, Tacito eodem modo uti potuit [1]). Rursus apparet, Plutarchum non esse tironem sed scriptorem exercitatissimum.

Cap. VII tandem pugnam describit, ad quam bis iam legentium animos attendit. Antea cetera Caecinae facta persequitur, quae nondum commemoravit:

v. 1—7 ἐπεὶ γὰρ ἀποκρουσθεὶς τῆς Πλακεντίας ὁ Κεκίνας ἐπὶ Κρεμώνην ὥρμησεν, ἑτέραν πόλιν εὐδαίμονα καὶ μεγάλην, [2]) πρῶτον μὲν Ἄννιος Γάλλος πρὸς Πλακεντίαν Σπουρίνᾳ βοηθῶν, ὡς ἤκουσε καθ' ὁδὸν τοὺς Πλακεντίνους περιγεγονέ-	h. 2, 22, 13 *Caecina pudore coeptae temere oppugnationis ... traiecto rursus Pado Cremonam petere intendit ...*, c. 23, 1 *Spurinna comperto itinere hostium defensam Placentiam, quaeque acta et quid Caecina pararet, Annium Gallum per litteras docet. Gallus legionem I in auxilium*

1) Nissen p. 519 tamen Plutarchum fontis relationem integram exhibere putat. Itaque auctorem Fabio Valenti culpam cladis tribuisse sed aliam relationem addidisse conicit, qua per Caecinam steterit, quo minus vinceret. Tacitum vero arguit a fonte deflexisse et Caecinae, cuius fuerit obtrectator, culpam tribuere. Quae sententia eius est, qui iudicio praesumpto ad rem accedat. Nequaquam Plutarchus ipse Valentem incusat sed ἐδόκει dicit, non δοκεῖ, et in dubio rem relinquit. Ex Tacito verba eius optime explicari possunt. Cum de Valente agat, eius prioris mentionem facit, et cum addit ἐδόκει, fortasse militum in Valentem suspicionem respicit, quam Tacitus commemorat. Cum vero hanc rem attigerit, iterum duces comparandi studiosus addito οἱ δὲ quae Tacitus de Caecina suspicatur sicut alteram addit relationem.

2) Huic quoque oppido Plutarchus epitheton ornans tribuit. Eo minus Clasonio in epitheto Placentiae tributo erat haerendum.

Digitized by Google

ναι. κινδυνεύειν δὲ τοὺς ἐν Κρεμώνῃ, μετήγαγεν ἐκεῖ τὸ στράτευμα καὶ κατεστρατοπέδευσε πλησίον τῶν πολεμίων.	*Placentiae ducebat .... ubi pulsum Caecinam pergere Cremonam accepit. . legionem Bedriaci sistit. inter Veronam Cremonamque situs est vicus.*

Haec sibi respondent. Quod Plutarchus Gallum μεταγαγεῖν dicit exercitum i. e. flumen traiecisse, quasi dextra Padi ripa appropinquaset, hunc esse errorem iam constat (cf. adn. 1). Tacitus enim simplici utitur ducendi verbo, quod ille falso interpretatus est, fortasse eo ductus, quod Placentia in dextra ripa sita est. Deinde Cremonam nondum fuisse in potestate Vitellianorum dicit. Haec quoque est quaestio difficillima, de qua adhuc dubitant homines docti. Certe Tacitus, qui incerta verba adhibet *(petere, parare, pergere)*, Plutarcho non repugnat neque Cremonam a Vitellianis iam captam fuisse refert. Denique hoc loco Plutarchus nomen Bedriaci non commemorat (O. 8, 1 adfert) et quo loco Gallus castra posuerit admodum obscure significat. Cur nomen omiserit difficile est dictu. Itaque, cum discrepantia sit levissima, hanc capitis partem a Tacito haurire potuit, quanquam vestigium hoc esse alius fontis non negaverim [1]).

1) Dubium est, quando Cremona in Caecinae potestatem venerit, et qua via Gallus Placentiam petierit. Gerstenecker (p. 9—10, 12—13, 17—19, 60—62 adn. 32 et adn. 34—40) recte mihi videtur rem diiudicasse. Qua re argumenta eius non repetam sed lectorem ad commentationem eius delego. Vitelliani Cremona nondum potiti erant. Gallus Padum iam transgressus erat et laeva ripa fortasse via Postumia Spurinnae auxilio veniebat. Cum Caecinam Cremo-

Digitized by Google

v. 7—8 ἔπειτα καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος ἐβοήθει τῷ στρατηγῷ Plutarchus transit ad proelium describendum. Similis locus apud Tacitum non exstat, sed iure illis verbis utitur. οἱ ἄλλοι enim ceteri duces sunt, Paulinus et Celsus, de quibus infra agitur, quos eo tempore Roma advenisse et statim Bedriacum se contulisse putandum est, ubi Gallus, ut copias coniungeret, castra posuerat. Itaque licuit Plutarcho verbo βοηθεῖν uti. Tacitus h. 2, 23, 11 proelium memorat gladiatorum, qui Spurinnae imperio subiecti Marcio Macro duce ad Cremonam cum Vitellianis prospere pugnaverunt, et c. 24, 1 dicit *interea Paulini et Celsi ductu res egregie gestae*. Itaque ne Tacitus quidem Paulini et Celsi adventum memorat, sed subito eos praesentes inducit. Qua re Plutarchum ex ipso Tacito hoc hausisse puto, nisi forte in alio quoque fonte eandem brevitatem et obscuritatem fuisse opinamur[1].

---

nam adgredi audivisset, quod hoc oppidum servare non iam poterat, Bedriaci constitit. Cremona vero a Caecina capta est. Plutarchus eundem committit errorem ac multi recentiores velut Mommsen (Herm. V, 163), et Gallum dextra ripa exercitum Placentiam duxisse arbitratur. Qua re dicit μετήγαρεν i. e. in laevam ripam, haud dubie falso. Equidem ex hoc errore eum fonte usum esse concluserim, ubi haec res parum perspicue narrata esset, quod cadit in Tacitum. Fieri potest, ut alius auctor velut Plinius eandem brevitatem et obscuritatem adhibuerit, sed neque ostendi hoc potest, neque veri simile est. Cremonam tum demum a Caecina captam esse, recte perspexit Plutarchus neque erroris est accusandus (Mommsen Herm. V, 162 adn. 3).

1) Neque credibile puto, quod Krauss p. 46 profert. Tacitus enim cum Gallum solum Spurinnae auxilio venisse dicat neque Paulinum et Celsum, qui paulo post pugnam administrabant, commemoret, Krauss verbo ἐβοήθει presso hos iam tum Padum transgressos

Digitized by Google

v. 8—12 τοῦ δὲ Κεκίνα λοχίσαντος εἰς λάσια χωρία καὶ ὑλώδη πολλοὺς ὁπλίτας, ἱππεῖς δὲ προεξελάσαι κελεύσαντος, κἂν συνάψωσιν οἱ πολέμιοι κατὰ μικρὸν ἀναχωρεῖν καὶ ἀναφεύγειν, ἄχρι ἂν ὑπάγοντες οὕτως ἐμβάλωσιν αὐτοὺς εἰς τὴν ἐνέδραν. ἐξήγγειλαν αὐτόμολοι τῷ Κέλσῳ.	h. 2, 24, 7 *(Caecina) ad duodecimum a Cremona (locus Castorum vocatur) ferocissimos auxiliarium imminentibus viae lucis occultos componit; equites procedere longius iussi et inritato proelio sponte refugi festinationem sequentium elicere, donec insidiae coorerentur. proditum id Othonianis ducibus . . .*

Subtiliora Plutarchus non currat: nomen enim loci omittit, auxiliarios occultos esse, occultos eos esse prope viam non dicit, sed quae praebet loquacius exprimit. Quod per transfugas consilium Caecinae Othonianis proditum esse refert, ipse potuit addere[1]), et Celso potissimum nuntium adlatum esse prodit, quia de hoc prius agit. Pergit enim:

v. 12—20 καὶ οὗτος μὲν ἱππεῦσιν ἀγαθοῖς ἀντεξελάσας, πεφυλαγμένως δὲ	c. 25, 1 *antequam miscerentur acies, terga vertentibus Vitellianis, Celsus doli prudens repressit*

Gallum praemisisse et brevi ipsos auxilio venisse putat. Itaque Plutarchum rem diligentius exponere adfirmat. Utrum alium fontem secutus sit, an ipse id inseruerit non adnotat. — Krauss singula belli tempora non distinguit. Eo enim tempore Paulinum et Celsum nondum advenisse et Gallum solum cum Spurinna praemissum rem gessisse veri simile est.

1) Itaque non opus est cum Kraussio p. 8 peculiari fonti hoc tribuere, praesertim si respicimus Tac. 2, 34, 1 *nihil eorum Vitellianos fallebat, crebris ut in civili bello transfugiis.*

Digitized by Google

χρώμενος τῇ διώξει καὶ τὴν ἐνέδραν περισχὼν καὶ συνταράξας ἐκάλει τοὺς ὁπλίτας ἐκ τοῦ στρατοπέδου. καὶ δοκοῦσιν ἂν ἐπελθόντες ἐν καιρῷ μηδένα λιπεῖν τῶν πολεμίων, ἀλλὰ πᾶν τὸ μετὰ Κεκίνα στράτευμα συντρῖψαι καὶ ἀνελεῖν ἐπισπόμενοι τοῖς ἱππεῦσι· νυνὶ δὲ ὁ Παυλῖνος ὀψὲ καὶ σχολῇ προσβοηθήσας αἰτίαν ἔσχεν ἐνδεέστερον τῆς δόξης στρατηγῆσαι δι᾽ εὐλαβείαν.	*suos: Vitelliani temere exsurgentes, cedente sensim Celso longius secuti ultro in insidias praecipitantur; nam a lateribus cohortes, legionum adversa frons, et subito discursu terga cinxerat eques. signum pugnae non statim a Suetonio Paulino pediti datum . . . ea cunctatione spatium Vitellianis datum . . . refugiendi* . . . c. 26, 1 *tum Othonianus pedes erupit: protrita hostium acie versi in fugam . . . ceterum ea ubique formido fuit apud fugientes occursantes . . ., ut deleri cum universo exercitu Caecinam potuisse, ni Suetonius Paulinus receptui cecinisset, utrisque in partibus percrebruerit.*

Plutarchi narrationem pravam esse inter omnes constat [1]. Celsum enim solis equitibus omnes hostes cinxisse et tum demum pedites arcessivisse minime credibile est. Tacitus recte memorat, Othonianos prodito hostium consilio iam ita conlocatos esse, ut hostes cingerentur, neque solos equites sed omnes copias impetum fecisse. Itaque alio fonte non opus est ad hanc dissensionem explicandam, sed erravit Plutarchus aut memoria falsus, aut quia narrationem Taciteam difficilem non satis intellexit. Hoc si mittimus, singula

1) cf. Krauss p. 12; Gerstenecker p. 27 et 68 adn. 55.

Digitized by Google

concinunt. Celsum equitibus praefuisse Tacitus dicit c. 24, 12 *curam peditum Paulinus, equitum Celsus sumpsere;* ἀγαθοῖς Plutarchus ipse addit; de Paulino nihil dicit, nisi hostes ab interitu servatos esse, quia nimis sero advenisset, cum Tacitus Paulinum et signum pugnae non statim pediti dedisse et subito receptui cecinisse incuset. Eo Plutarchus plane consentit cum Tacito, quod de Paulini cunctatione non ipse iudicat sed quid alii senserint adfert, ita ut, δοκοῦσιν cum scriberet, Taciti *percrebruerit* respexisse videatur.

Deinde Plutarchus militum iram et furorem describit v. 20—25 οἱ δὲ πολλοὶ τῶν στρατιωτῶν καὶ προδοσίαν ἐνεκάλουν αὐτῷ, καὶ παρώξυνον τὸν Ὄθωνα μεγαληγοροῦντες, ὡς νενικηκότων αὐτῶν, τῆς δὲ νίκης οὐκ ἐπὶ πᾶν προελθούσης κακίᾳ τῶν στρατηγῶν. ὁ δὲ Ὄθων οὐχ οὕτως ἐπίστευεν αὐτοῖς, ὡς ἐβούλετο μὴ δοκεῖν ἀπιστεῖν. Tacitus dicit c. 26, 16 *apud paucos ea ducis ratio probata, in vulgus adverso rumore fuit*, sed c. 23, ubi proelium gladiatorum ad Cremonam factam describit, quanto furore Othoniani capti sint narrat, cum gladiatorum impetus reprimeretur. c. 23, 17 *suspectum id Othonianis fuit omnia ducum facta prave aestimantibus. certatim, ut quisque animo ignavus, procax ore, Annium Gallum et Suetonium Paulinum et Marium Celsum . . . variis criminibus incessebant. acerrima seditionum ac discordiae incitamenta, interfectores Galbae, scelere et metu vaecordes miscere cuncta modo palam turbidis vocibus, modo occultis ad Othonem litteris, qui humillimo cuique*

Digitized by Google

credulus bonos metuens trepidabat. Haec Taciti verba Plutarchus ante oculos habuisse mihi videtur. Tacitus, quanquam ipsa voce proditionis non utitur, tamen indicat; παρώξυνον τὸν Ὄθωνα μεγαληγοροῦντες inquit Plutarchus, quasi praesens fuerit Otho, quem O. 5, 15—18 Brixelli remansisse prodidit; quod plane concinit cum Tacito, qui et ipse imperatorem inducit neque ubi tum fuerit adicit. Litteris omissis Plutarchus totum exercitum Othonem instigantem facit, cum Tacitus rectius unam quasi factionem commemoret. — Ultima verba ὁ δὲ — ἀπιστεῖν difficiliora sunt. Othonem enim non tam militibus credidisse, quam noluisse dicit videri diffidere. Eius modi sententia non invenitur apud Tacitum, sed comparari potest c. 23, 24 (Otho) *qui humillimo cuique credulus bonos metuens trepidabat* i. e. Otho militibus credebat, bonis diffidebat, summo animi angore adfectus. Sententia non est eadem. Sed, si in communi aliquo fonte adnotatio tam subtilis tradita erat —, num Plutarchi ingenio vindicari possit, valde dubito —, vix credibile est, Tacitum, qui cum in militum tum in singulorum hominum moribus describendis summam diligentiam adhibeat, eam omisisse. Itaque Plutarchum aliquo modo fontem suum prave interpretatum esse conicio. Ac fortasse verbis *bonos metuens*, quae oppositionis causa a Tacito addita sunt, omissis adiectivum *credulus* ut praedicatum artius coniunxit cum verbo *trepidabat*, ita ut sententia evaderet, Othonem cum trepidatione militibus confisum esse, i. e. eis non

Digitized by Google

credidisse re vera sed tamen obsecutum esse. Militum irae cum hoc loco mentionem faciat, quanta usus sit libertate rursus apparet. In communi enim fonte militum ira certe eodem atque a Tacito loco erat commemorata. Plutarchus vero, qui proelium gladiatorum omittat, sed militum iram et suspicionem praetermittere non possit, proximo loco idoneo eam commemorat.

Eodem modo se habet v. 25—26 ἔπεμψεν οὖν Τιτιανὸν ἐπὶ τὰ στρατεύματα τὸν ἀδελφόν. Tacitus hoc factum esse refert post proelium gladiatorum i. e. ante pugnam ad Castores factam c. 23, 26 *Titianum fratrem accitum bello praeposuit*[1]). Adicit Plutarchus v. 26—27 καὶ Πρόκλον τὸν ἔπαρχον (sc. ἔπεμψεν), ὃς εἶχεν ἔργῳ τὴν πᾶσαν ἀρχήν, πρόσχημα δὲ ἦν ὁ Τιτιανός. Proculum tum demum Roma accitum esse Tacitus nusquam enuntiat neque veri simile est, cum una cum Othone et cohor-

1) Krauss p. 14 hanc quae videtur dissensionem ita explicat, ut Titianum re vera post proelium ad Castores factum ad exercitum missum esse existimet; et Plutarchum rem tum commemorare putat, cum facta esset i. e. cum advenisset Titianus, Tacitus, cum Otho imperii mutandi consilium cepisset. Praeterea inde, quod Tacitus, ubi proelium ad Castores descripturus est, incipit c. 24, 1 *interea Paulini et Celsi ductu res egregie gestae* concludere vult, nondum missum fuisse novum imperatorem. Sed Titianus, qui Romae relictus esset (h. 1, 90), imperium statim suscipere non potuit. Otho igitur post proelium gladiatorum Titianum imperatorem creavit, sed *interea* i. e. usque ad huius adventum Paulinus et Celsus rem gesserunt. Plutarchus, qui illud proelium neglegit, facere non potuit, quin post alteram pugnam id factum esse referret. Eodem modo Gerstenecker p. 26 et 67 adn. 54 rem explicat. Peculiaris Plutarchi fons propterea non et statuendus, nam cum Taciti narrationi ut diligentiori plus fidei habendum sit, in illo iam hoc falso narratum fuisse putandum esset. At Pluturchus ipse hoc potuit facere.

Digitized by Google

tibus praetoriis profectus esse videatur. Erravit igitur Plutarchus, quod facile explicatur, si Tacito usus est auctore. Qui de Proculo nihil dicit, sed c. 39. 1 plane idem de ducibus Othonianis praebet iudicium *honor imperii penes Titianum fratrem, vis ac potestas penes Proculum praefectum.* Qua re transitus causa Plutarchum Proculi adventum commemorare puto, ut illud adferat de ducibus iudicium. Quod eo veri similius, quia uterque scriptor in eodem sententiarum nexu transit ad Celsum et Paulinum:

v. 27—30 οἱ δὲ περὶ τὸν Κέλσον καὶ Παυλῖνον ἄλλως ἐφείλκοντο συμβούλων ὄνομα καὶ φίλων, ἐξουσίαν καὶ δύναμιν ἐν τοῖς πράγμασι μηδεμίαν ἔχοντες.	c. 39, 3 *Celsus et Paulinus, cum prudentia eorum nemo uteretur, inani nomine ducum alienae culpae praetendebantur.*

Opponit Plutarchus duces Vitellianorum: v. 30—35 ἦν δὲ θορυβώδη καὶ τὰ παρὰ τοῖς πολεμίοις, μάλιστα δὲ τοῖς ὑπὸ τῷ Οὐάλεντι· καὶ τῆς περὶ τὴν ἐνέδραν μάχης ἀπαγγελθείσης ἐχαλέπαινον, ὅτι μὴ προσεγένοντο μηδὲ ἤμυναν ἀνδρῶν τοσούτων ἀποθανόντων. μόλις δὲ πείσας καὶ παραιτησάμενος ὡρμημένους αὐτοὺς βάλλειν, ἀνέζευξε καὶ συνῆψε τοῖς περὶ Κεκίναν. Quae parum cohaerent cum ceteris. Hoc inde factum est, quod Plutarchus non id agit, ut res quo ordine gestae sint enarret, sed suo arbitrio conectit ad oppositionem oratoriam efficiendam. Complectitur autem quae Tacitus diversis locis refert. De Vitellianorum exercitu libentissime turbante agit c. 27, 1 haud *perinde id damnum* (sc. proelium ad Ca-

Digitized by Google

stores) *Vitellianos in metum compulit, quam ad modestiam composuit, nec solum apud Caecinam, qui culpam in militem conferebat seditioni magis quam proelio paratum: Fabii quoque Valentis copiae* . . . c. 27—29 militum Valentis describit seditionem: c. 29, 2 *ipsum invadunt, saxa iniciunt, fugientem sequuntur*, c. 30, 1 *munientibus castra apud Ticinum de adversa Caecinae pugna adlatum, et prope renovata seditio, tanquam fraude et cunctatione Valentis proelio defuissent: nolle requiem, non exspectare ducem, anteire signa, urguere signiferos. rapido agmine Caecinae iunguntur.* Itaque Plutarchus, cum priorem militum Valentis tumultum ante nuntium adversum exortum omittat, omnia ad alterum refert, quo Tacitus non re vera sed prope seditionem renovatam esse dicit. Tamen et milites Valentem invasisse et hunc illos aegre placavisse narrat. Item Tacitus tradit, milites quasi sua sponte et adversus ducis praeceptum cum Caecina se coniunxisse, cum Plutarchus id duci tribuere videatur. In his omnibus Tacito plus fidei habendum existimo, cuius relatio et diligentior sit et subtilior. Plutarchus autem nihil exhibet, quod non a Tacito sumere potuerit. Idem cadit in

Cap. VIII, ubi quid Othoniani de genere belli consultaverint enarratur.

v. 1—3 ὁ δὲ Ὄθων παραγενόμενος εἰς Βητριακὸν εἰς τὸ στρατόπεδον (ἔστι δὲ πολίχνη πλησίον Κρεμώνης τὸ Βητριακόν) ἐβουλεύετο περὶ τῆς μάχης.	c. 31, 8 *coniunctis Caecinae ac Valentis copiis . . . Otho consultavit, trahi bellum an fortunam experiri placeret.*

Othonem Bedriacum se contulisse ad consilium Tacitus plane non dicit, sed ex narrationis conexu apparet. Bedriaci consultatum esse comperimus c. 39, 7 *promoveri ad quartum a Bedriaco castra placuit.* Plutarchus hoc loco vicum nominat, quia supra (O. 7, 1—7) eius non fecit mentionem.

Sententias a ducibus prolatas alio ordine enumerat ac Tacitus: v. 3—7 καὶ Πρόκλῳ μὲν ἐδόκει καὶ Τιτιανῷ, τῶν στρατευμάτων ὄντων προθύμων καὶ προσφάτου τῆς νίκης, διαγωνίσασθαι καὶ μὴ καθῆσθαι τὴν ἀκμὴν ἀμβλύνοντα τῆς δυνάμεως καὶ περιμένοντα Οὐιτέλλιον αὐτὸν ἐκ Γαλατίας ἐπελθεῖν. Deinde ea adfert, quae Paulinus Proculo et Titiano obicit. Tacitus Paulinum c. 32 sententiam suam diserte proferentem facit et Titiani et Proculi ei repugnantium obiter facit mentionem c. 33. Itaque paulo discrepant scriptores, neque tamen ita, ut Plutarchus aliquid praebeat, quod apud Tacitum desideretur. Tacitus dicit c. 33, 4 *Titianus et . . . Proculus imperitia properantes fortunam et deos et numen Othonis adesse consiliis, adfore conatibus testabantur.* Quam sententiam generalem Plutarchus extendit τῶν—νίκης (cf. Tac. c. 39, 6 *miles alacer*) — διαγωνίσασθαι plane respondet Tac. 33, 3 *Otho pronus ad decertandum* — et per negationem quoque exprimit καὶ μὴ — δυνάμεως. Quae de Vitellii adventu imminenti dicit, haec ex Paulini oratione mutuari potuit, qui illud argumentum refellere studet c. 32, 4 *exercitum Vitellii universum advenisse nec multum virium a tergo.* Vitellium tamen

Digitized by Google

bellum paravisse scire potuit ex h. 1, 61, 10 *Vitellius suas quoque copias supplevit, tota mole belli secuturus* et h. 2, 57, 1 *interim Vitellius . . . ut ad integrum bellum reliquas Germanici exercitus vires trahebat* 1) Paulini orationem valde contraxit:

v. 7—9 Παυλῖνος δὲ τοῖς μὲν πολεμίοις ἔφη πάντα, μεθ' ὧν μαχοῦνται, παρεῖναι καὶ μηδὲν ἐνδεῖν.	c. 32, 1 sq: *Suetonius Paulinus . . . disseruit, exercitum Vitellii universum advenisse, nec multum virium a tergo, quoniam Galliae tumeant et deserere Rheni ripam inrupturis tam infestis nationibus non conducat.*

Cetera quoque congruunt.

v. 9—10 Ὄθωνι δὲ τῆς ἤδη παρούσης οὐκ ἐλάττονα προσδόκιμον εἶναι δύναμιν ἐκ Μυσίας καὶ Παννονίας.	c. 32, 16 *contra ipsis . . . Pannoniam, Moesiam, Delmatiam, Orientem cum integris exercitibus* et v. 24 *paucis diebus XIV legionem . . . Moesicis cum copiis adfore.*

1) Gerstenecker p. 27 et p. 68 adn. 56. Nissen p. 522 sq., qui duces ambitiose proelium dissuasisse opinatur, Tacitum ea argumenta omisisse contendit, quibus Othonis amici nitebantur, cum proelium suaderent. Haec sententia cum iis cohaeret, quae omnino de ducum proditione evicisse sibi videtur. Sed haec refutata sunt a Beckurtsio p. 39—48, neque hoc loco Nissen ullum argumentum certum adfert. Sane de Titiani et Proculi sententiis Tacitus non singillatim agit, sed transpositione Plutarchi haec dissensio expeditur. Neque Nissen, comprobavit in Paulini oratione multa esse prava. Haud dubie eius consilium melius fuit, et Gerstenecker adn. 56 iure negat, ea quae a Tacito c. 62 de Vitellii adventu imminenti proferantur, iis repugnare, quae h. 1, 61 et 2, 57 eadem de re prodit. Rerum enim scriptor scire poterat, Vitellii ipsius exercitum postea in Italiam advenisse; cum vero Othoniani Bedriaci deliberabant, id erat ignotum, argumentisque satis probabilibus Paulinus sententiam suam fulcire conatur.

Digitized by Google

Ex provinciis Plutarchus Delmatiam omittit neque Orientis rationem habet; quae de magnitudine exercitus dicit, coniectura adsequitur.

v. 10—12 ἂν τὸν αὑτοῦ περιμένῃ καιρόν. ἀλλὰ μὴ στρατηγῇ πρὸς τὸν τῶν πολεμίων.	c. 32, 3 *festinationem hostibus, moram ipsis utilem.*

Plutarchus rem iterum per negationem quoque exprimit.

v. 12—14 οὐ γὰρ ἀμβλυτέροις γε χρήσεσθαι τότε τοῖς νῦν θαρροῦσιν ἀπ' ἐλαττόνων, ἂν πλείονας τοὺς ἀγωνιζομένους προσλάβωσιν, ἀλλ' ἐκ περιουσίας ἀγωνιεῖσθαι. Verbosissimum hoc est additamentum ipsius Plutarchi, qui fortasse eo perductus est, quod Proculum militum alacritatem laudare tradit.

v. 14—17 καὶ χωρὶς δὲ τούτου τὴν διατριβὴν εἶναι πρὸς αὐτῶν ἐν ἀφθόνοις πᾶσιν ὄντων, ἐκείνοις δὲ τὸν χρόνον ἀπορίαν παρέξειν τῶν ἀναγκαίων ἐν πολεμίᾳ καθεζομένοις.	c. 32, 16 *ipsis omnia opulenta* v. 10 *transpadanam Italiam . . . ipso transitu exercitus vastam; non frumentum usquam exercitui* (sc. hostium), *nec exercitum sine copiis retineri posse.*

Paulini orationem Plutarchus iam concludit nonnullis, quae Tacitus adfert, praetermissis, velut tempestate, senatu, Pado, oppidis munitis etc.

v. 17—18 ταῦτα λέγοντι Παυλίνῳ Μάριος Κέλσος ἐγένετο σύμψηφος.	c. 33, 1 *accedebat sententiae Paulini Marius Celsus.*

ubi nomina quoque et cognomina sibi respondent.

Digitized by Google

v. 18—22 Ἄννιος δὲ Γάλλος οὐ παρῆν μέν, ἀλλ' ἐθεραπεύετο πεπτωκὼς ἀφ' ἵππου, γράψαντος δὲ Ὄθωνος αὐτῷ συνεβούλευσε μὴ σπεύδειν, ἀλλὰ τὴν ἐκ Μυσίας περιμένειν δύναμιν ἤδη καθ' ὁδὸν οὖσαν.

c. 33, 1 *idem placere Annio Gallo, paucos ante dies lapsu equi adflicto, missi qui consilium eius sciscitarentur rettulerunt.* c. 32, 24 *proinde duceret bellum. paucis diebus XIV legionem, magna ipsam fama, Moesicis cum copiis adfore.*

Galli vulnus inde ortum esse Plutarchus dicit, quod ab equo prolapsus esset, cum Tacitus eum una cum equo concidisse referat; deinde ille non nuntios sed litteras ad Gallum ab Othone missos esse narrat: sed hi sunt errores memoriae. Denique Gallo id argumentum attribuit, quod Tacitus Paulino vindicat. Extremo enuntiato quid effectum sit legimus v. 22—23 οὐ μὴν ἐπείθετο τούτοις, ἀλλὰ ἐκράτησαν οἱ πρὸς τὴν μάχην παρορμῶντες. Tacitus brevissime c. 33, 8 *pugnari placitum.*

Cap. IX Plutarchus de causis agit, quibus Otho ad debellandum adductus sit. v. 1—12 αἰτίαι δὲ πλείονες ἄλλαι ὑπ' ἄλλων λέγονται· προδήλως δὲ οἱ στρατηγικοὶ προσαγορευόμενοι καὶ τάξιν ἔχοντες δορυφόρων, τότε μᾶλλον ἀληθινῆς γευόμενοι στρατείας καὶ τὰς ἐν Ῥώμῃ διατριβὰς καὶ διαίτας ἀπολέμους καὶ πανηγυρικὰς ποθοῦντες, οὐκ ἦσαν καθεκτοὶ σπεύδοντες ἐπὶ τὴν μάχην, ὡς εὐθὺς ἐξ ἐπιδρομῆς ἀναρπασόμενοι τοὺς ἐναντίους. δοκεῖ δὲ μηδὲ αὐτὸς Ὄθων ἐξαναφέρειν ἔτι πρὸς τὴν ἀδηλότητα μηδὲ ὑπομένειν ἀηθείᾳ καὶ μαλακότητι τοὺς περὶ τῶν δεινῶν λογισμούς, ἐκπονούμενος δὲ ταῖς φροντίσι σπεύδειν ἐγκαλυψάμενος, ὥσπερ ἀπὸ κρημ-

Digitized by Google

νοῦ, μεθεῖναι τὰ πράγματα πρὸς τὸ συντυχόν. καὶ τοῦτο μὲν διηγεῖτο Σεκοῦνδος ὁ ῥήτωρ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν γενόμενος τοῦ Ὄθωνος. Haec Plutarchus, etiam si sine dubio ipse exornavit, ex alio fonte hausit. Auctorem adfert Secundum rhetorem [1]). Quod testimonium et ad ea spectare videtur, quae de praetorianorum pugnandi studio [2]), et ea, quae de Othonis impatientia legimus. Hanc Tacitus breviter significat h. 2, 40, 10 *(Otho) aeger mora et spei impatiens.* Nam ineunte capite dicitur ‚aliae causae ab aliis proferuntur', neque pergit Plutarchus ‚alii referunt etc', sed cum praetorianos turbulentos et Othonem impatientem fuisse narret adiciatque καὶ—Σεκοῦνδος, testimonium ad utramque causam referendum est [3]). Opponitur altera relatio:

---

1) Nempe Junium Secundum, qui in dialogo de oratoribus commemoratur. cf. Friedländer ‚Sittengesch.' [3] 1, 170 et Mommsen p. 322 adn. 1.

2) Clason p. 57 male cum his confert Tac. h. 1, 88, 12 *nec deerant e contrario, qui ambitione stolida conspicua arma . . . ut instrumentum belli mercarentur . . . levissimus quisque et futuri improvidus spe vana tumens* et h. 2, 33, 4 *Titianus et . . . Proculus imperitia properantes.* Qui loci alieni sunt.

3) Dubium est, utrum Plutarchus ipse hoc a Secundo audiverit (nam sine dubio de testimonio agitur, quod voce non libro edidit) — an ex scripto fonte hauserit, ubi Secundus laudatus erat. Hoc contendunt Mommsen p. 321 et Nissen p. 506, quorum alter Cluvium alter Plinium id a Secundo comperisse statuit. Diversam sententiam Lange defendit p. 18 et 19. Certo quaestio diiudicari nequit. Inde, quod Plutarchus solum dicit διηγεῖτο neque addit ἐμοί, concludere von licet, ut Gerstenecker p. 80 adn. 100 vult, Plutarchum ea non ipsum a Secundo habere, neque Peter l. l. p. 42 recte Tacitum idem exhibere arbitratur (h. 2, 33 et 40 *Otho — decertandum* et *aeger — impatiens*): sed, quia apud Suetonium totum Secundi testimonium invenimus quamvis arte comprechensum (O. 9 *Otho decertare statuit, sive impatiens longioris sollicitudis . . . sive impar*

Digitized by Google

v. 13—17 ἑτέρων δὲ ἦν ἀκούειν, ὅτι τοῖς στρατεύμασιν ἀμφοτέροις παρίσταντο ὁρμαὶ πολλαί, ὡς εἰς ταὐτὸ συνελθεῖν· καὶ μάλιστα μὲν αὐτοὺς ὁμοφρονήσαντας ἐκ τῶν παρόντων ἡγεμονικῶν ἑλέσθαι τὸν ἄριστον, εἰ δὲ μή, τὴν σύγκλητον ὁμοῦ καθίσαντας ἐφεῖναι τὴν αἵρεσιν ἐκείνῃ τοῦ αὐτοκράτορος.	c. 37, 1 *invenio aqud quosdam auctores, pavore belli seu fastidio utriusque principis . . . dubitasse exercitus, num posito certamine vel ipsi in medium consultarent, vel senatui permitterent legere imperatorem, atque eo duces Othonianos spatium ac moras suasisse, praecipua spe Paulini, quod vetustissimus consularium et militia clarus gloriam nomenque Britannicis expeditionibus meruisset.*

Omnia congruunt. ἕτεροι = quidam auctores; singulas Plutarchus non enumerat causas neque Paulinum nominat, sed Taciti verbis *in medium consultarent* recte ad eligendum imperatorem relatis incerta utitur dicendi ratione. Dulcem loquacitatem ne hoc quidem loco desideramus. Addit uterque scriptor quid sentiat de hac re: v. 18—29 καὶ οὐκ ἀπεικός ἐστι μηδετέρου τότε τῶν προσαγορευομένων αὐτοκρατόρων εὐδοκιμοῦντος ἐπιπίπτειν τοιούτους

---

militum ardori pugnam deposcentium, mihi quoque Plutarchus Secundi testimonium e scripto fonte transscripsisse videtur, sive Plinius is fuit, sive Cluvius, sive alius quis; Suetonii enim verba nequaquam ex Tacito aut Plutarcho orta esse possunt. — Ceterum fallitur Gerstenecker, qui p. 56 et 56 Plutarchum de Secundi verbis per Mestrii Flori conloquium audivisse putat (cf. O. 14, ubi Mestrius cum Plutarcho de pugna Bedriacensi conloquitur). Quae sententia cum per se parum probabilis, tum Plutarchus, si id significare voluisset, non Secundum, sed Mestrium nominasset.

Digitized by Google

διαλογισμοὺς γνησίοις καὶ διαπόνοις καὶ σωφρονοῦσι τῶν στρατιωτῶν, ὡς ἔχθιστον εἴη καὶ δεινόν, ἃ πάλαι διὰ Σύλλαν καὶ Μάριον, εἶτα Καίσαρα καὶ Πομπήϊον ᾠκτείροντο δρῶντες ἀλλήλους καὶ πάσχοντες οἱ πολῖται, ταῦτα νῦν ὑπομένειν ἢ Οὐιτελλίῳ λαιμαργίας καὶ οἰνοφλυγίας ἢ τρυφῆς καὶ ἀκολασίας Ὄθωνι τὴν ἡγεμονίαν χορήγημα προθεμένους. ταῦτ᾽ οὖν ὑπονοοῦσι τούς τε περὶ τὸν Κέλσον αἰσθανομένους ἐμβαλεῖν διατριβήν, ἐλπίζοντας ἄνευ μάχης καὶ πόνων κριθήσεσθαι τὰ πράγματα, καὶ τοὺς περὶ τὸν Ὄθωνα φοβουμένους ἐπιταχῦναι τὴν μάχην. Quae omnia apud Tacitum exstant partim mutata partim breviora. Sed hanc relationem impugnat et angustioribus finibus circumscribit c. 37, 8 *ego ut concesserim apud paucos tacito voto quietem pro discordia, bonum et innocentem principem pro pessimis ac flagitiosissimis expetitum, ita neque Paulinum, qua prudentia fuit, sperasse corruptissimo saeculo tantam vulgi moderationem reor*, Plutarchus eam libenter adripit et plane comprobat. Utrumque principem invisum fuisse Tacitus refert c. 37, 2 *utriusque principis, quorum flagitia ac dedecus apertiore in dies fama noscebantur* et v. 10 *pessimis ac flagitiosissimis.* Paucos illos milites, quos fortasse bellum confectum voluisse Tacitus concedit, optimos et integros fuisse per se apparet. Quae de Sulla etc. Plutarchus exponit, haec apud Tacitum exstant multo planiora. cf.c. 38, 8 *e plebe infima C. Marius et nobilium saevissimus L. Sulla victam armis libertatem in dominationem verterunt. Post quos Cn. Pompeius occultior, non melior, et nunquam postea nisi de principatu quaesitum.*

Digitized by Google

num discessere ab armis in Pharsalia ac Philippis civium legiones, nedum Othonis ac Vitellii exercitus sponte posituri bellum fuerint etc. Haec Plutarchus milites cogitasse tradit adiecto nomine Caesaris et titulis nonnullis Vitellio et Othoni tributis. Extremis eius verbis respondet c. 37, 5 *atque — Paulini*, sed memoriae erorre non Paulinum sed Celsum nominat (neque tamen plane sed incerto οἱ περὶ Κέλσον), nam ob ea, quae Tacitus hoc loco de Paulino adfert, huic plus fidei habuerim. Tum Plutarchus, acerrimus brevitatis contemptor, oppositionis causa addit, Othonem eam ipsam ob causam proelium flagitasse, quod Tacitus omittit. Itaque non est, quod Plutarchum alteram capitis partem e Tacito hausisse negemus [1]).

---

1) Si communem fontem statuimus, multis implicamur difficultatibus. Mommsen p. 308 adn. 1 ἑτέρων δὲ ἦν ἀκούειν et *invenio apud quosdam auctores* comparari posse negat, quod Tacitus aliam auctorum relationem respiciat, Plutarchus quid alii milites senserint significare velit. p. 308 ‚Während ein Theil der Soldaten von Kampflust entbrannt gewesen sei, hätten andere sich dahin vernehmen lassen, dass die Truppen auf beiden Seiten mehr Ursache hätten sich zu vertragen als sich zu schlagen‘. Itaque in communi fonte i. e. Cluvio fere haec scripta fuisse putat: quaeritur, quibus causis Otho ad debellandum permotus sit, atque enumerantur praetorianorum taedium belli et pugnandi ardor, deinde Othonis impatientia et hoc enarrasse Secundum; tum multos milites pacem optasse dictum erat, atque huic sententiae Cluvius ipse se applicat. Plutarchus — ex sententia Mommsenii et Nissenii p. 521 et 522 — haec integra transscripsit, Tacitus primam et alteram causam breviter profert, tertiae quodam modo repugnat. Sed Krauss p. 4 particulam μέν, quae antecedit, obstare recte monet: verba enim ἑτέρων-ἀκούειν opposita esse antecedentibus καὶ — Σεκοῦνδος, atque ut ibi auctor laudetur, ita haec quoque verba de auctorum sententia esse intellegenda. Praeterea neque τοῖς στρατεύμασιν, neque imperfectum παρίσταντο ad Mommsenii interpretationem quadrat. Qua re tale quid

Digitized by Google

Cap. X una in re differt a Tacito, cetera congruunt.

v. 1 αὐτὸς δὲ πάλιν εἰς Βρίξιλλον ἀνεχώρησε.	c. 33, 11 *perpulere, ut Brixellum concederet.*

Cur Otho Brixellum concesserit, Plutarchus non memorat, Tacitus eodem capite altius exponit. De Othonis reditu supra disputavi.

v. 1—6 καὶ τοῦτο προσεξάμαρτών, οὐχ ὅτι μόνον	c. 33, 13 *is primus dies Othonianas partes adflixit; namque*

---

in communi fonte scriptum fuisse nequit, sed ἑτέρους et *quosdam auctores* sibi respondere necesse est. Itaque nihil in communi fonte scriptum fuisse potest, nisi duas adlatas esse causas, quibus Otho ad consilium desperatum adductus esset, atque Secundum praetorianis et Othoni culpam tribuisse, alios (sc. scriptores) exercitui et ducibus, quos belli taederet. Sed in his multa sunt, quae offendant. Primum, cum Plinius vel Cluvius hoc bellum describerent, credibile non est, iam tum tot libros scriptos eis praesto fuisse; deinde verbum *invenio* prima persona usurpatum illi sententiae repugnat, nisi forte mendacii arguimus scriptorem celeberrimum; tum explicari non potest, cur Tacitus, qui quid milites vel fecerint vel cogitaverint semper diligentissime respiciat, rem tanti momenti silentio praeterierit, si re vera in primario eius fonte tradita erat; denique dubium esset, utrum a communi auctore Celsus an Paulinus nominatus esset, atque statuendum illum iam fuisse Sallustii amantissimum; nam illam de bellis civilibus Taciti disputatiunculam a Sallustio profectam esse (Sall. Cat. init. impr. c. 11.) nemo est, qui neget. — Contra omnes difficultates expediuntur, si a Plutarcho et Tacito proficiscimur, non a vagis de fontibus coniecturis. Quae de praetorianis et Othone profert Plutarchus, in libro aliquo invenit, ubi Secundus laudatus erat, quem librum non primo adhibuit loco. His alteram opponit relationem a Tacito petitam, quam hic apud quosdam scriptores invenerat. Taciti enim aetate multos fuisse commentarios de hoc bello satis credibile est, quos Tacitus certe inspexit; in Plutarchum idem valere non crediderim. Sed cum Tacitus ab illis scriptoribus iure dissentiat, Plutarchus hac occasione hominibus bona studia triduendi libentissime utitur et Taciti c. 38 adiungit. Qua in re memoria falsus Celsum nominat non Paulinum. Quae Gerstenecker p. 46 et 47 de nominibus mutatis profert, argutiora sunt quam veriora.

Digitized by Google

τὴν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ παρόντος αἰδῶ καὶ φιλοτιμίαν ἀφεῖλε τῶν ἀγωνιζομένων, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐρρωμενεστάτους καὶ προθυμοτάτους δι' αὐτὸν ἱππεῖς καὶ πεζοὺς ἀπαγαγὼν φυλακὴν τοῦ σώματος ὥσπερεὶ στόμωμα τῆς δυνάμεως ἀπέκοψε.

et cum ipso praetoriarum cohortium et speculatorum equitumque valida manus discessit, et remanentium fractus animus, quando suspecti duces et Otho, cui uni apud militem fides, dum et ipse non nisi militibus credit, imperia ducum in incerto reliquerat.

Ex Othonis absentia multum mali redundavit. Hoc uterque dicit, sed in singulis discrepant. Discessum praetorianorum uterque perniciosum fuisse existimat, Plutarchus pluribus utitur verbis [1]). Alteram quam adfert causam pudorem, Tacitus omittit, sed Plutarchus conligere potuit, si verba *fractus animus* conferebat cum *cui — fides;* aut ipse hoc protulit. Ex incerto imperio magna incommoda orta esse neglegit.

v. 6—9 συνέβη δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις καὶ περὶ τὸν Ἠριδανὸν ἀγῶνα γενέσθαι, τοῦ μὲν Κεκίνα ζευγνύντος τὴν διάβασιν, τῶν δὲ Ὄθωνος εἰργόντων καὶ προσμαχομένων.

c. 34, 3 *Caecina ac Valens ... alienam stultitiam opperiebantur incohato ponte transitum Padi simulantes adversus oppositam gladiatorum manum.* Pontem describit. v. 14 *Othoniani in ripa turrim struxerant saxaque et faces iaculabantur.*

1) Krauss p. 13 recte observavit, ἐρρωμενεστάτους ortum esse ex *valida manus.*

Digitized by Google

Plutarchus gladiatorum et Batavorum descripturus est proelium. Quam ob rem hoc loco pontis mentionem facit et transitus causa inserit συνέβη etc. Cur pons incohatus sit omittit. Quod Caecinam potissimum hoc opus suscepisse dicit, hoc scire potuit ex Tac. h. 2, 41, 1 *ad Caecinam operi pontis intentum*. Sed addere debebat, gladiatores in adversa ripa conlocatos fuisse: nunc vero nemo videt, unde venerint gladiatores, qui certamini intersunt.

v. 9—15 ὡς δὲ οὐδὲν ἐπέραινον, ἐνθεμένων εἰς τὰ πλοῖα δᾷδα θείου καὶ πίττης ἀνάπλεων διὰ τοῦ πόρου πνεῦμα προσπεσὸν ἄφνω τὴν παρεσκευασμένην ὕλην ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐξερρίπιζε. καπνοῦ δὲ πρῶτον, εἶτα λαμπρᾶς φλογὸς ἐκπεσούσης, ταραττόμενοι καὶ ἀποπηδῶντες εἰς τὸν ποταμὸν τάς τε ναῦς ἀνέτρεπον καὶ τὰ σώματα τοῖς πολεμίοις μετὰ γέλωτος παρεῖχον. Hic locus, qui apud Tacitum non exstat, difficillimus est. Qui narrat c. 35, circa insulam in medio flumine sitam inter gladiatores, qui navibus in eam molirentur, et Germanos, qui nando peterent, proelium exortum esse. Vincuntur gladiatores. De navibus ad incendium praeparatis nihil exhibet. Clason p. 59 adn. 1 omnem narrationem ex Taciti voce *faces* profectam esse putat, quam Plutarchus exornavisset; sed hoc non est credibile, quia haec est pugnae descriptio non vulgaris, sed tam propria, ut vix possit esse inventa. Qua re non dubito, quin Plutarchus eam mutuatus sit ex alio scripto fonte. Tacitus hac certaminis parte praeter-

Digitized by Google

missa statim ad tertiam transit, ad pugnam gladiatorum et Germanorum[1]).

1) Optime de hoc loco egit Gerstenecker p. 28—30 et 68—69 adn. 58—61, qui primus eum recte intellexisse videtur. Dubium est, utrum de Vitellianis agatur an Othonianis. Proficiscendum est a primis verbis. ἐντίθεσθαι Gerst. et alii recte interpretantur imponere; πλοῖα iam diu emendatum est loco traditae scripturae ὅπλα, quae sensu caret; δᾳς singulari numero positum non significat faces, sed conlective quod nos dicimus Kienholz (confert Gerst. Thuc. 7, 53 et Diodor. 20, 86); ἀνάπλεων scribendum cum codd., ut pertineat ad δᾳδα, quae significatio verborum conlocatione postulatur. Itaque de navibus agitur, in quas δᾳς imposita erat pice et sulfure inlita, i. e. de navibus ad incendium praeparatis. Eius modi autem naves adhibere poterant soli Othoniani, qui hostium pontem delere studerent. (Quem pontem quia non describit Plutarchus, hic locus tam difficilis est intellectu, neque explicari potest nisi conlata Taciti narratione). Itaque, praesertim cum in iis quae antecedunt postremo commemorentur Othoniani, hi cogitandi sunt subiectum participii ἐνθεμένων. Sequentibus verbis τάς τε ναῦς sine dubio intelleguntur eadem πλοῖα, ita ut ii, qui turbentur et in flumen desiliant, iidem sint Othoniani. Errant igitur Mommsen p. 309 et Heraeus in adn. ad h. 2, 34, qui ταραττόμενοι - παρεῖχον de Vitellianis intellegunt et eos re vera cladem accepisse credunt; itemque errant Clason p. 59 adn. 1 et Lange p. 24—25, qui eundem sensum inesse putant, sed Plutarchum partes confudisse contendunt. Nec quicquam valet, quod Krauss p. 13 obicit, minime credendum esse, Othonianos suas naves vertendo alio direxisse. Non plus valet, quod Clason ‚Tacitus u. Sueton' p. 96 profert. Vitellianos enim repulsos et pontem ab Othonianis navibus incendiariis deletum esse censet, quia in Germanorum et gladiatorum certamine illi non nando insulam petiissent, si pons integer fuisset, sed ponte usi essent. Ac Tacitum hoc cogitasse, Plutarchum ipsum supplevisse putat et verbis expressisse. Sed et totius loci nexus huic interpretationi repugnat, neque hoc Clasonii argumento quicquam efficitur; nam de ponte nihil compertum habemus, et quam longus aut num ad insulam directus fuerit prorsus ignoramus. Qua re sola Gersteneckeri explicatio ferri potest. Othoniani pontem, ut deleant, navibus incendiariis adgrediuntur, sed, cum ventus subitus lignum incendat, valde turbati ex navibus desiliunt easque desilientes evertunt. — Molesta remanent verba ἐπὶ τοὺς πολεμίους. Per locum, quem obtinent, coniungi non possunt nisi cum verbo ἐξερρίπιζε, quod ad eum qui requiritur sensum non quadrat. Gerst. p. 30 cum participio παρε-

Digitized by Google

De proelio in flumine orto consentiunt:

v. 15—17 οἱ δὲ Γερμανοὶ τοῖς Ὄθωνος μονομάχοις περὶ νησῖδα τοῦ ποταμοῦ προσμίξαντες ἐκράτησαν καὶ διέφθειραν αὐτῶν οὐκ ὀλίγους.	c. 35, 1 *et erat insula amne medio, in quam gladiatores navibus molientes, Germani nando perlabebantur. ac forte plures transgressos . . . Macer adgreditur: sed . . . desilire in vada ultro Germani, retentare puppes, scandere foros aut comminus mergere.*

sed Tacitus multo accuratior est. Gladiatores Plutarchus nunc demum commemorat.

Animadvertendum quoque, utrumque scriptorem hoc loco Germanos appellare, qui infra (h. 2, 43, 12; O. 12) Batavi vocantur, qui consensus fortuito vix exstitit (Gerst. p. 53).

Itaque cum Gersteneckero tria diiudicanda sunt: 1) Caecinae fluminis transgrediendi conatus et gladiatorum defensio, 2) navium incendiariarum apparatus, 3) proelium in flumine exortum. Primam et tertiam rem Tacitus multo diligentius tractat, secundam omittit. Apud Plutarchum exstat. Quae vero exhibet non abhorrent a veri similitudine, neque errore ex gladiatorum Germanorumque proelio nata esse crediderim, quanquam nonnulla sunt similia. Mommsen p. 309 Tacitum accusat, quod illud omiserit, cum ita initium proelii certo fundamento careat neque cohaereat cum

---

σκευασμένην coniungit ‚Das gegen die Feinde in Bereitschaft gehaltene Holz', sed verborum conlocatio hoc vetat. Possimus ea transponere ante παρεσκευασμένην. Equidem ea deleverim ut additamentum eius, qui locum prave intellexerit.

Digitized by Google

iis quae antecedunt. Sane hoc recte dictum est, quanquam aliquo labore qui sit rerum nexus evinci potest. Sed item obscura sunt, quae Plutarchus praebet. Neque enim quid illis navibus incendiariis egerint Othoniani exponit, neque quo modo factum sit proelium aut cohaerat cum ceteris. Qua re Plutarchum has tres pugnae partes non ex uno eodemque fonte hausisse puto, quem Tacitus in angustum contraxerit, sed secundam aliunde petitam in narrationis tenorem inseruisse. Sequitur, auctore eum usum esse, qui de navibus incendiariis taceret, quod cadit in Tacitum.

Cap. XI Othoniani hostes adgrediuntur. De consilio et itinere eorum dissentiunt homines docti.

v. 1—7 γενομένων δὲ τούτων καὶ τῶν ἐν Βητριακῷ στρατιωτῶν τοῦ Ὄθωνος ἐκφερομένων μετ᾽ ὀργῆς ἐπὶ τὴν μάχην προήγαγεν αὐτοὺς ὁ Πρόκλος ἐκ τοῦ Βητριακοῦ, καὶ κατεστρατοπέδευσεν ἀπὸ πεντήκοντα σταδίων οὕτως ἀπείρως καὶ καταγελάστως, ὥστε, τῆς μὲν ὥρας ἐαρινῆς οὔσης, τῶν δὲ κύκλῳ πεδίων πολλὰ νάματα καὶ ποταμοὺς ἀεννάους ἐχόντων, ὕδατος σπάνει πιέζεσθαι.	c. 39, 6 *miles alacer* . . . v. 7 *promoveri ad quartum a Bedriaco castra placuit adeo imperite, ut quanquam verno tempore anni et tot circum amnibus penuria aquae fatigarentur.*

Prima verba γενομένων δὲ τούτων transitus causa inserta sunt; militum pugnandi ardorem [1]) et regionis

---

1) Neque opus est peculiari tonte.

fertilitatem uberius describit; Proculum ducem nominat. Sed cum Tacitus c. 39, 2 dicat, vim ac potestatem imperii apud Proculum praefectum fuisse, Plutarchus, qui et ipse O. 7, 26—27 idem memoret, facillime adduci potuit, ut illum nominaret. Fortasse alius latet fons, sed non est necesse. Quinquaginta vero stadia cum IV milibus non concinunt. Qua de re infra agam.

v. 7—18 τῇ δὲ ὑστεραίᾳ βουλόμενον προάγειν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ὁδὸν οὐκ ἐλάττονα σταδίων ἑκατὸν οἱ περὶ τὸν Παυλῖνον οὐκ εἴων, ἀλλ' ᾤοντο δεῖν περιμένειν καὶ μὴ προπονεῖν ἑαυτούς, μηδὲ εὐθὺς ἐκ πορείας μάχην τίθεσθαι πρὸς ἄνδρας ὡπλισμένους καὶ παρατεταγμένους καθ' ἡσυχίαν, ἐν ὅσῳ χρόνῳ προΐασιν αὐτοὶ τοσαύτην ὁδὸν ἀναμεμιγμένων ὑποζυγίων καὶ ἀκολούθων. οὔσης δὲ περὶ τούτων ἀντιλογίας ἐν τοῖς στρατηγοῖς ἦλθε παρ' Ὄθωνος ἱππεὺς τῶν καλουμένων Νομάδων γράμματα κομίζων κελεύοντα μὴ

c. 39, 9 *ibi de proelio dubitatum, Othone per litteras flagitante, ut maturarent* . . . c. 40, 1 sq. *non ut ad pugnam sed ad bellandum profecti confluentes Padi et Aduae fluminum sedecim inde milium spatio distantes petebant. Celso et Paulino abnuentibus militem itinere fessum, sarcinis gravem obicere hosti non omissuro, quo minus expeditus et vix quattuor milia passuum progressus aut incompositos in agmine aut dispersos et vallum molientes adgrederetur, Titianus et Proculus, ubi consiliis vincerentur, ad ius imperii transibant. aderat sane citus equo Numida cum atrocibus mandatis, quibus Otho in-*

Digitized by Google

μένειν μηδὲ διατρίβειν, ἀλλ' ἄγειν εὐθὺς ἐπὶ τοὺς πολεμίους. ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἄραντες ἐχώρουν.	*crepita ducum segnitia rem in discrimen mitti iubebat, aeger mora et spei impatiens.*

Ante omnia verba Taciti difficillima sunt interpretanda. Sedecim enim milia omnem interpretandi artem inrident. Bedriacum a Cremona aberat 20 m., ut Pompeius Planta tradit (cf. scholia ad Iuv. 2, 99), aut 22 m., ut in tabula Peutingeriana traditum est. Confluentes Padi et Aduae fluminum circiter 6 m. a Cremona absunt ad occidentem versus. Itaque Othonianis, qui ex novis castris 4 m. a Bedriaco distantibus proficiscebantur, ut ad confluentes pervenirent, iter faciendum erat 20 (vel 22) + 6 — 4 m. = 22 vel 24 m. Neque intellegitur, quid sibi velint sedecim illa milia, quae ad totum spatium refert, quicumque iudicio non praesumpto locum legit.

N i p p e r d e y nomina fluminum ut glossema eicit lectoris, qui quae essent flumina non intellexerit. Flumina vero esse arbitratur Padum et rivum quendam Canetam, qui prope Cremonam (in orientem versus) in Padum influat, ita ut sedecim milia ad spatium pertineant, quae a castris usque ad Cremonam verserit. Sed cur eius modi locus finis itineris electus sit, nemo intellegit, neque cur non potius oppidum ipsum Tacitus nominaverit. Nam quia tale iter nihil alind fuisset, quam impetus, Tacitus haud dubie Cremonam nomi-

Digitized by Google

nasset, ubi Vitelliani agebant. Simili modo Hagge[1]) locum explicare studet, sed glossema Tacito adscribit, qui fontem prave suplevisset, cum Aduam ad ipsam Cremonam in Padum effundi cogitasset. Sed hoc vitium maius est, quam ut Tacito attribui possit. Peter[2]) eiusdem erroris Tacitum arguit et eum variandi causa illum locum, non Cremonam finem itineris Othonianorum perhibuisse existimat. Othonianos autem pontem petiisse conicit, quem Caecina strueret. Sed pons ille neque a Tacito amplius commemoratur, neque omnino ullius erat momenti. Peter eo nititur, quod Caecina prior de hostium adventu certior factus esset, sed ne hoc quidem Tacitus usquam tradit. Immo cum c. 41, 7—8 scriptum habeamus, Caecinam de hostium adventu certiorem factum, cum in castra advenisset, datum iussu Fabii Valentis pugnae signum et militem in armis invenisse, concludendum est, Valentem priorem accepisse nuntium. — Mommsen[3]) Tacitum alio modo falsum illum locum, quem omnino peterent Othoniani, cum eo confudisse arbitratur, ad quem illo die pervenire vellent. Nam confluentes si petebant, Cremonam eos praeterire oportebat, ut hostium in terga pervenirent. Itaque Othonianos ad confluentes Padi et Aduae pone Cremonam sitos

---

1) Hagge ‚Bemerkungen zu dem Feldzuge des Vitellius und Otho nach der Darstellung des Tacitus'. Progr. Kiel 1864. p. 20.

2) Peter ‚Geschichte Roms' Halle 1869. III, 2, p. 28 adn.

3) Mommsen Herm. V. ‚Die beiden Schlachten von Bedriacum' p. 166 sq.

Digitized by Google

profectos esse putat, sed illo die loco aliquo viae Brescianae — quae a Cremona in septentrionem ducebat —, qui circiter 16 m. a castris abesset, castra ponere voluisse, ut postero die iter pergerent. Atque Tacitum has duas res confudisse arguit. Eodem fere modo Heraeus (ad h. 2, 40) rem explicat, qui item dicit ‚Tacitus hat das letzte strategische Marschobject, die Addamündung, mit dem Ziel des Marsches am Schlachttage verwechselt.‘ Quae explicatio est aliqua, sed contortissima.

Alii Tacitum defendunt. Atque Krauss quidem p. 46—48 cum *inde* non ad quartum a Bedriaco lapidem sed ad participium *profecti* referat, illum locum significari putat, quo advenisset exercitus, cum de itinere consultaretur. In itinere Paulinus et Celsus longius procedere abnuunt, quem locum Tacitus significavit, qui 16 m. a confluentibus distabat. Qua re Krauss obscuritatem scriptoris carpere mavult, non errorem. Sed haec obscuritas nimia est. Adverbium enim *inde* si scriptum habemus, facere non possumus, quin terminum a quo, qui dicitur, requiramus. Quem castra esse quattuor m. a Bedriaco posita consentaneum est. c. 39 enim cum legamus *ibi de proelio dubitatum*, et participium *profecti* ad hunc locum pertinere necesse est, neque alio pertinet *inde*. Gerstenecker[1]) cum Kraussio consentit, sedecim illa milia non de toto spatio (a castris usque ad confluentes), sed de parte

1) Gerstenecker p. 30—34 et p. 69—70 adn. 62—72.

Digitized by Google

itineris (a loco aliqo usque ad confluentes) accipienda esse. Discrepat vero a Kraussio, quod *inde* ad confluentes refert et participium *distantes* appositionem subiecti esse vult. ‚Sie befanden sich auf dem Marsche nach der Mündung der Adda in den Po, 16 Meilen davon entfernt.‘ Locus igitur itineriis significatur, ubi Celsus et Paulinus Proculo repugnant. Argumenta Gersteneckeri quamvis sint speciosa, tamen stare non possunt.

Ac primum ut legem proponit, Paulinum et Celsum non recusavisse, quo minus omnino castra promoverentur, neque recusare potuisse, quia aquae penuria premerentur. In itinere vero eos abnuisse exercitum hosti obicere. Hoc fundamentum est incertum. Othoniani, si omnino a castris porro procedebant non plus sedecim m. ab hostibus distantibus, nihil agebant, nisi ut aut eos adgrederentur aut aliquo modo pugnare cogerent. Sane aquae penuria castra mutare coacti erant, sed Celsus et Paulinus nihil aliud suadere poterant, nisi ut Bedriacum se reciperent. Itaque nihil obstat, quo minus eos iam in castris Proculo obstitisse statuamus (*de proelio dubitatum* c. 39, 10). Contra Gersteneckeri explicatio verbis Taciteis non commendatur. Contendit enim, *inde* facillime coniungi cum *confluentes*, quae proxima sit loci significatio, et alio spectare posse negat, quia c. 40 alius locus non indicetur. Sed primum non dubito, quin Tacitus aliter scripturus fuerit, si id dicere voluisset — argumentum

Digitized by Google

tritissimum sed saepe aptum —, deinde Gerstenecker obliviscitur, Tacitum libros suos in haec, quae nos habemus, capita non divisisse: praecedenti capite terminum a quo planissime significat; tertium mea quidem sententia, quicumque locum leget, *inde* ad castra et *distantes* ad *confluentes* referet. Sed alia quoque Gersteneckero obicienda sunt. Cum omnino castra moverentur, iam constabat, quid iter insanum sibi vellet. Itaque parum credibile, Celsum et Paulinum, si antea non recusarent, in medio itinere hoc fecisse; potius eos, si antea non recusarent, animo demisso et desperato omnia fieri passos esse crediderim. Praeterea, unde Tacitus, unde omnino quisquam scire potuit, Celsum et Paulinum sexto decimo potissimum a confluentibus lapide dubitationes suas protulisse? Ne ipsos quidem hoc memoria tenuisse puto. Denique si 16 m. a confluentibus i. e. 10 m. a Cremona aberant, iter fecerant 6 m., spatium haud ita magnum, ut quiete opus esset.

Itaque tenendum est, et petivisse Othonianos confluentes Padi et Aduae fluminum, et sedecim milia pertinere ad totum iter. Numerus certe corruptus est. Fortasse XVI mutandum in XXIV vel similem numerum. Antiquis enim rerum scriptoribus in eius modi rebus haud multum fidei habendum esse constat. Dubitari licet, quo loco ea facta sint, quae a Tacito c. 40 enarrantur. Primo de castris cogitavi atque, antequam iter incoharetur, omnia facta esse et *atrocia mandata*, quae *citus equo Numida* adferret, idem fuisse putavi

Digitized by Google

ac litteras c. 39 commemoratas, quibus Otho proelium flagitaret. Sed simplicius est de loco aliquo cogitare itineris accuratius non significato. In castris de proelio dubitatum est, sed Othone per litteras flagitante iter coeptum est videlicet invito Paulino et Celso. In itinere, cum exercitus non procul ab hoste abesset, Celsus et Paulinus iterum Titianum et Proculum obsecraverunt, ut ab insano consilio desisterent. Sed et hi ipsi ad ius imperii transibant, et advenit alter ab Othone nuntius cum atrocibus mandatis. Deinde iter perrexerunt et brevi cum Vitellianis conflixerunt. Neque veri dissimile est, Othonem, qua esset impatientia, quanquam ad duces profectos litteras iam dedisset, quibus proelium flagitaret, tamen paulo post alterum nuntium misisse cum iisdem mandatis, qui exercitum in itinere consecutus est.

Quid Titianus et Proculus illa expeditione voluerint, ignoramus et ignorabimus. Aut in tergis hostium se constituros sperabant, ut commeatibus interclusis et legionum Illyricarum adventu firmati hostes opprimerent, id quod ex Tac. c. 40, 1 *non ut ad pugnam sed ad bellandum profecti* conligi licet, aut eius modi itinere obliquo hostibus proelii faciendi facultatem facere volebant, id quod ex consilio Bedriaci habito et Othonis litteris concludi potest et mihi quidem veri similius videtur. Certi quicquam statui nequit. Sane nimium laudis Tacito tribuit Gerstenecker, cum p. 33 eum quae fuerit expeditio plane significare contendit; immo

incusandus est, quod brevitatis nimis studiosus rem adeo obscuravit, ut enucleari non iam possit.

Singula si Taciti verba cum Plutarchi conferimus, nihil apud hunc invenimus, quin a Tacito sumere potuerit. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ipsius potest esse additamentum; βουλόμενον — πολεμίους et οἱ — εἴων = *petebant* et *abnuentibus*, sed cum Tacitus hoc in itinere factum esse memoret, Plutarchus iam in castris Paulinum et Celsum abnuentes facit. Proculum hic quoque ducem facit et ceteros duces non nominat. De οἱ περὶ Παυλῖνον cf. O. 9 τοὺς περὶ τὸν Κέλσον . . . καὶ τοὺς περὶ τὸν Ὄθωνα; de centum stadiis, quae cum sedecim milibus non concinunt, cf. p. 142; ἀλλ' — ἑαυτοὺς ipse composuit, utrum recte an falso, minus refert; μηδὲ ἀκολούθων apud Tacitum exstant, quamvis breviora, ὑποζύγια et ἀκολούθους agmini immixtos fuisse c. 41, 16 *mixta vehicula et lixae* iisdem verbis prodit. Verbis οὔσης — στρατηγοῖς narratio transducitur, ἦλθε — πολεμίους plane congruunt cum Tacito, etiam si Plutarchus ambagibus non abstinet. Itaque Plutarchus altercationis inter duces exortae non bis sed semel mentionem facit et non binas sed unas Othonis litteras commemorat. Neque quicquam obstat, quo minus Taciti narrationem eum coartasse statuamus. Confluentes neglegit; scilicet quid sibi vellent non perspexit. Eodem modo ex itinere qui videtur obliquo impetum facit in Vitellianos susceptum. Spatium quoque alio modo computavit. De hac re et de quinquaginta stadiis restat ut agamus.

Digitized by Google

Mommsen [1]) iam observavit, centum stadiis id spatium significari, quod inter castra Othonianorum et locum, ubi pugnatum est, interesset. Bedriacum a Cremona 20 vel 22 m. aberat, pugna commissa est 4 m. a Cremona (cf. Tac. c. 40, 5 *vix quattuor milia;* aliter enim hoc explicari non potest, nisi proelium 4 m. a Cremona factum esse statuimus. Nam hostes tantum processuros esse neque Paulinus neque Celsus scire poterat), i. e. 16 vel 18 m. a Bedriaco et 12 vel 14 m. a castris, si ad quartum lapidem ea promota esse statuimus. 100 vero stadia sunt 12 m. [2]) Plutarchus igitur, qui ea loca viserat, ipse hunc numerum computavit. — Sed remanet dissensio inter quattuor milia et quinquaginta stadia. Mommsen Herm. V, 162 adn. 2 Plutarchum errasse putat, sed Gerstenecker p. 71 adn. 72 recte obicit, non licere alterum numerum verum alterum falsum ducere. Sed quae ipse profert p. 34 mihi non videntur probanda. Ipsius adferam verba ,Da für die Strecke vom letzten Lager bis zum Schlachtfelde die nämliche Entfernung (12 M. in runder Zahl) in beiden Berichten zu Grunde liegt, so muss die Entfernungsbestimmung des Schlachtfeldes von Cremona bei Tacitus auch für Plutarch giltig sein. Somit ergiebt sich bei Plutarch für den Weg von Cremona bis Bedriacum 4 + 12 + 6

1) Mommsen Herm. V, 167.

2) Male Krauss p. 48 id spatium intellegit, quo locus pugnae a Bedriaco distabat.

Digitized by Google

= 22 M.[1]). Dies stimmt mit den 22 M. in der tabula Peutingeriana überein; jene abweichende Angabe Plutarchs geht also darauf zurück, dass die Entfernung Bedriacums von Cremon in den beiden Berichten nicht gleich angesetzt ist, eine Verschiedenheit, die sich auffallender Weise in den beiden uns sonst erhaltenen Ueberlieferungen über die Lage dieses Ortes wiederfindet.' Haec aliquid habent offensionis. Illud recte dicit, Plutarchum quoque credidisse, proelium factum esse 4 m. a Cremona — locus erat notissimus, et Plutarchus eum inspexerat —, idem recte dicit 22 m. ex Plutarchi narratione computanda esse, sed nullo iure discrepare scriptores in toto spatio computando inde concludit. Ex Tacito enim neque erui potest, quantum Bedriacum a Cremona neque quantum locus pugnae a castris afuerit. Nihil enim dicit, nisi locum pugnae et castra quaterna milia a totius lineae terminis afuisse; quantum spatium interfuerit nusquam prodit. Qua re quo modo Gerstenecker id effecerit non intellego. — Ut consensus fiat, fortasse mutandum. Cogitari posset ΛΓ corruptum esse in N, sed potius, praesertim cum veri similius sit 22 m. fuisse spatium non 20 m. summam solidam, leni mutatione apud Tacitum pro IV scripserim VI, qui numerus Plutarchi aetate in textu eius traditus erat sed postea in IV corruptus est. Ita omnia quadrant. Quinquaginta stadia ex Tacito sumpsit Plutarchus (castra enim cum brevi evanuisse videatur, non nisi

1) Numeros fractos omitto.

Digitized by Google

ex scripto fonte ubi sita fuissent scire poterat), pugnam quattuor m. a Cremona factam esse et ipse et ex Tacito compertum habet, medium spatium ipse computavit.

Reliqua huius capitis verba nihil praebent difficultatis. Omnia inveniuntur apud Tacitum:

v. 18—23 ὁ δὲ Κεκίνας πυθόμενος τὴν ἔφοδον αὐτῶν ἐθορυβήθη, καὶ κατὰ σπουδὴν ἀπολιπὼν τὰ ἔργα καὶ τὸν ποταμὸν ἧκεν εἰς τὸ στρατόπεδον. ὡπλισμένων δὲ ἤδη τῶν πολλῶν, καὶ τὸ σύνθημα παραλαμβανόντων παρὰ τοῦ Οὐάλεντος, ἐν ὅσῳ τὴν τάξιν διελάγχανε τὰ τάγματα, τοὺς ἀρίστους τῶν ἱππέων διεξέπεμψαν.	c. 41, 1 sq. . . . *ad Caecinam operi pontis intentum . . . praecipites exploratores adesse hostem nuntiavere . . . Caecina . . . revectus in castra datum iussu Fabii Valentis pugnae signum et militem in armis invenit. Dum legiones de ordine agminis sortiuntur, equites* (sc. Vitelliani) *prorupere.*

Si parva Plutarchi additamenta mittimus (velut Caecinam nuntio perturbatum esse et κατὰ σπουδὴν in castra rediisse, optimos equites emissos esse), omnia congruunt et adeo paene ad verbum sibi respondent (ὡπλισμένων τῶν πολλῶν = militem in armis, τὸ σύνθημα παραλαμβανόντων = pugnae signum, ἐν ὅσῳ — τάγματα = dum sortiuntur), ut Plutarchus ipsum Tacitum inspexisse videatur. Fortasse διεξέπεμψαν ex *prorupere* ortum est, quod verbum transitivum existimaret; nec σύνθημα idem est quod pugnae signum; sed eius modi error facillime intercedere potuit.

Digitized by Google

Cap. XII totum ex Tacito excerptum videtur.

v. 1—9 ἐμπίπτει δὲ τοῖς προτεταγμένοις τῶν Ὄθωνος ἐκ δή τινος αἰτίας δόξα καὶ λόγος, ὡς μεταβαλουμένων τῶν Οὐιτελλίου στρατηγῶν πρὸς αὐτούς. ὡς οὖν ἐγγὺς ἦσαν, ἠσπάσαντο φιλίως συστρατιώτας προσαγορεύσαντες. ἐκείνων δὲ τὴν προσαγόρευσιν οὐκ εὐμενῶς, ἀλλὰ μετὰ θυμοῦ καὶ φωνῆς πολεμικῆς ἀμειψαμένων, τοῖς μὲν ἀσπασαμένοις ἀθυμία, τοῖς δὲ λοιποῖς ὑπόνοια κατὰ τῶν ἀσπασαμένων ὡς προδιδόντων παρέστη. καὶ τοῦτο πρῶτον αὐτοὺς ἐτάραξεν ἤδη τῶν πολεμίων ἐν χερσὶν ὄντων.	Tacitus c. 41 perturbationem Othonianorum describit. Pergit c. 42, 1 sq. *attonitas subito terrore mentes falsum gaudium in languorem vertit, repertis qui descivisse a Vitellio exercitum ementirentur. is rumor ab exploratoribus Vitellii dispersus, an in ipsa Othonis parte seu dolo seu forte surrexerit, parum compertum. Omisso pugnae ardore Othoniani ultro salutavere; et hostili murmure excepti, plerisque suorum ignaris quae causa salutandi, metum proditionis fecere. tum incubuit hostium acies* . . .

Omittit Plutarchus quae Tacitus de origine rumoris fatalis refert, sed in fonte aliquid relatum fuisse verbis ἐκ δή τινος αἰτίας indicat. Contra omnis generis additamentis narrationem amplificat. Velut in primo agmine rumorem manasse, et salutationem factam esse, cum in propinquo essent, tradit; *hostili murmure* per ambages vertit; ut est amans formulae οἱ μὲν—οἱ δέ, ubi Othonianos perterritos esse dicit, eos in duas dividit

Digitized by Google

partes. Adicit, hoc errore primum Othonianos perturbatos esse, quia horum iam descripturus est perturbationem:

v. 9—14 εἶτα τῶν ἄλλων οὐδὲν ἦν κόσμῳ γινόμενον, ἀλλὰ πολλὴν μὲν ἀταξίαν τὰ σκευοφόρα τοῖς μαχομένοις ἐμπλαζόμενα παρεῖχε, πολλοὺς δὲ τὰ χωρία διασπασμοὺς ἐποίει τάφρων ὄντα μεστὰ καὶ ὀρυγμάτων, ἃ φοβούμενοι καὶ περιϊόντες ἠναγκάζοντο φύρδην καὶ κατὰ μέρη πολλὰ συμπλέκεσθαι τοῖς ἐναντίοις.	c. 41, 15 *apud Othonianos pavidi duces, miles ducibus infensus, mixta vehicula et lixae, et praeruptis utrimque fossis via quieto quoque agmini angusta. circumsistere alii signa sua, quaerere alii: incertus undique clamor accurrentium volitantium: ut cuique audacia vel formido, in primam postremamve aciem prorumpebant aut relabebantur.*

Tacitus multo planius perturbationem depingit, Plutarchus quasi siccior est et magis versatur in locorum difficultatibus describendis. Velut fossis copias distractas esse dicit, cum Tacitus viam nimis angustam fuisse referat, Sed h. 2, 25, 8 fossas commemoravit.

Pugnam cum carptim describat, Plutarchus ipse res coniungere studet.

v. 14—18 μόναι δὲ δύο λεγεῶνες (οὕτω γὰρ τὰ τάγματα Ῥωμαῖοι καλοῦσιν) ἐπίκλησιν ἡ μὲν Οὐιτελλίου Ἅρπαξ, ἡ δὲ Ὄθωνος Βοηθός, εἰς πεδίον ἐξελίξασαι ψιλὸν καὶ	c. 43, 1 *forte inter Padum viamque patenti campo duae legiones congressae sunt, pro Vitellio unaetvicesima, cui cog-*

Digitized by Google

ἀναπεπταμένον νόμιμόν τινα μάχην συμπεσοῦσαι φαλαγγηδὸν ἐμάχοντο πολὺν χρόνον.	*nomen Rapaci, . . . e parte Othonis prima Adiutrix.*

Apud utrumque scriptorem hoc certamen cum cetera pugna non cohaeret: Tacitus enim *forte* exortum esse dicit, Plutarchus oppositione quodam modo conectit. Singula vero Plutarchi additamenta (φαλαγγηδόν, πολὺν χρόνον) si mittimus, congruunt scriptores, atque hoc primo loco uterque harum legionum cognomina commemorat [1]), quem consensum fortuito exstitisse non crediderim. Pergit Plutarchus:

v. 19—22 οἱ μὲν οὖν Ὄθωνος ἄνδρες ἦσαν εὔρωστοι καὶ ἀγαθοί, πολέμου δὲ καὶ μάχης τότε πρῶτον πεῖραν λαμβάνοντες, οἱ δὲ Οὐιτελλίου πολλῶν ἀγώνων ἐθάδες, ἤδη δὲ γηραιοὶ καὶ παρακμάζοντες. Hoc ineptum est. Tacitus de iisdem copiis haec perhibet c. 43, 4 (legio I) *non ante in aciem deducta, sed ferox et novi decoris avida* et (legio XXI) *vetere gloria insignis.* Quae de corporibus militum Plutarchus praebet, haec et falsa sunt neque ab ullo scriptore Romano tradita fuisse credibile est, sed a Plutarcho excogitata sunt. In fonte eius brevis adnotatio exstitisse videtur, velut apud Tacitum, ac fortasse verbis *vetere* et *novi* exornandis in errorem incidit [2]).

---

1) Gerstenecker p. 54.

2) Krauss adn. 15 haec addita putat, ut quo modo fieri potuisset intellegeretur, ut primo impetu Vitelliani pellerentur.

Digitized by Google

v. 22—26 ὁρμήσαντες οὖν ἐπ' αὐτοὺς οἱ Ὄθωνος ἐώσαντο καὶ τὸν ἀετὸν ἀφείλοντο, πάντας ὁμοῦ τι τοὺς προμάχους ἀποκτείναντες· οἱ δὲ ὑπὸ αἰσχύνης καὶ ὀργῆς ἐμπεσόντες αὐτοῖς τόν τε πρεσβευτὴν τοῦ τάγματος Ὀρφίδιον ἔκτειναν καὶ πολλὰ τῶν σημείων ἥρπασαν.

c. 43, 5 *primani stratis unaetvicesimanorum principiis aquilam abstulere; quo dolore accensa legio et impulit rursus primanos, interfecto Orfidio Benigno legato, et plurima signa vexillaque ex hostibus rapuit.*

Cum haec paene ad verbum consonent, aliter se habent quae sequuntur:

v. 26—34 τοῖς δὲ μονομάχοις ἐμπειρίαν τε καὶ θάρσος ἔχειν πρὸς τὰς συμπλοκὰς δοκοῦσιν ἐπήγαγεν Οὔαρος Ἀλφῆνος τοὺς καλουμένους Βατάβους. εἰσὶ δὲ Γερμανῶν ἱππεῖς ἄριστοι, νῆσον οἰκοῦντες ὑπὸ τοῦ Ῥήνου περιρρεομένην. τούτους ὀλίγοι μὲν τῶν μονομάχων ὑπέστησαν, οἱ δὲ πλεῖστοι φεύγοντες ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἐμπίπτουσιν εἰς σπείρας τῶν πολεμίων αὐτόθι τεταγμένας, ὑφ' ὧν ἀμυνόμενοι πάντες ὁμαλῶς διεφθάρησαν.

c. 43, 12 *accessit recens auxilium, Varus Alfenus cum Batavis, fusa gladiatorum manu, quam navibus transvectam oppositae cohortes in ipso flumine trucidaverant. ita victores latus hostium invecti.*

Ambigitur, utrum nova sit gladiatorum et Batavorum pugna, an prior illa h. 2, 35 enarrata. Clason p. 63 adn. 1, Heraeus in adn. ad h. l., Lange p. 23 et 63, qui illam pugnam intellegant, Plutarchum erroris arguunt, sed Krauss p. 49 hanc sententiam vel per temporis rationes stare non posse recte ostendit. Ne-

Digitized by Google

cesse enim esset statuere, illud proelium c. 35 descriptum eodem die factum esse, quo ad Cremonam pugnatum est. At legimus c. 36, non multo post gladiatorum cladem iussu Othonis Flavium Sabinum iis praepositum esse, qui c. 51 munere fungitur. Itaque Flavius Sabinus in hoc proelio iis praefuit. Sed priusquam Otho novum ducem mitteret, unus vel duo dies transierunt. Praeterea Gerstenecker p. 36 proelium c. 43 significatum diversum esse docet ab eo, quod c. 35 narratur. Hoc enim circa insulam in flumine sitam dimicatur, quam et gladiatores et Germani occupare student, illo gladiatores Padum transvehuntur et ab oppositis Batavis repulsi in flumen reiciuntur. Denique ex Taciti verbo *victores* proelium eodem die commissum esse concludendum est. Distinguenda igitur duo proelia. Iam vero parum sunt credibilia, quae Plutarchus narrat. Ut mittam, eum non dicere, gladiatores flumen transgressos esse [1]), sensu caret, quod gladiatores ad flumen fugientes in cohortes ad flumen conlocatas incidisse prodit. Neque apparet, a quibus copiis pulsi sint, neque quo modo tam procul a ripa abire potuerint, ut Vitellianorum cohortes reditui officerent. Mihi quidem Plutarchus quid essent *oppositae cohortes* prave intellexisse videtur, quas non eas

1) Hoc omisit, neque Mommsenio adsentior, qui H. IV, 306 Plutarchum adgredientium et defendentium partes confudisse contendit. Primo gladiatores impetum faciunt, postea vero Germani eos repulsos persequuntur, quod solum momentum Plutarchus depinxit.

Digitized by Google

duceret, quae impetum gladiatorum reciperent, sed quae fugam eorum impedirent[1]. Singula ipse exornat atque, ut supra nomen legionis explicat, ita hoc loco pauca de Batavis videlicet se suo addit. Neque enim in ullo fonte Romano eius modi additamentum fuisse credibile: Batavi enim Romanis non erant ignoti[2]. Quanta vero neglegentia Plutarchus proelium memoret, vel inde cernitur, quod Batavos ceteris Vitellianis auxilio venisse plane reticet, quae res est omnium gravissima.

In reliqua capitis parte duo errores occurrunt. v. 34—37 αἴσχιστα δὲ ἠγωνίσαντο πάντων οἱ στρατηγικοί, μηδὲ ὅσον ἐν χερσὶ γενέσθαι τοὺς ἐναντίους ὑπομείναντες, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀηττήτους ἔτι φόβου καὶ ταραχῆς ἀνεπίμπλασαν φεύγοντες δι' αὐτῶν. Apud Tacitum nihil simile invenitur, ac iure Krauss p. 14 et Gerstenecker p. 37 Plutarchum impugnant. Neque enim, si omnes praetoriani statim fugam ceperunt, proelium tam atrox exoriri potuit, neque Tacitus, qui ubique immodestiam eorum castigat, si quid compertum ha-

---

1) Hunc errorem Plutarchi arbitror nec consentio cum Kraussio, qui p. 5 Plutarchum verbis Taciteis non recte intellectis credidisse suspicatur, gladiatores cum magno exercitu Bedriaco protectos magnae pugnae interfuisse; at illi in dextra Padi ripa conlocati erant (h. 2, 11; 23; 35). Sed Plutarchus cum eos non Bedriacum sed ad flumen fugisse memoret, dilucide hoc certamen a magna pugna discernit.

2) Ceterum quod equites fuisse Batavos explicat, Nissen p. 505 (quem Lange p. 24 adn. 49 sequitur) adnotat, eum hoc quoque loco falso equites intellegere, non pedites. Hoc fieri potest, sed recte Gerstenecker p. 71 adn. 78 monet, iniuria Nissenium negare Batavos fuisse equites bonos. Ex Germ. c. 32 nihil effici potest, contra h. 4, 12 Batavorum equitatus summis laudibus effertur.

Digitized by Google

buisset de eorum ignavia, id omisisset. Qua re Krauss Plutarchum hanc rem, quam Tacitus ut minus probabilem neglexisset, ab alio scriptore receptam rettulisse putat. At hic uti liceat argumentandi ratione decantata: si illa narratiuncula falsa est et ex ingenio orta est scriptoris narrationis exornandae studiosi, Plutarchus, qui ignaviam cum Othonianorum tum praetorianorum plus aequo increpat, ipse eius modi ineptias proferre potuit. Fortasse inter proelium et fugam aliquid desideravit, unde Othonianorum clades magis cerneretur, et ad hanc lacunam quae videbatur explendam fabellam inseruit[1]).

v. 37—39 οὐ μὴν ἀλλὰ πολλοί γε τῶν Ὄθωνος νενικηκότες τοὺς καθ' αὑτοὺς ἐβιάσαντο καὶ διεξέπεσον διὰ τῶν πολεμίων κρατούντων εἰς τὸ στρατόπεδον. Ne haec quidem sanum praebent sensum. Nequaquam enim Othoniani, quicumque fuerunt, pulsis hostibus per hostes victores in castra sua pervenire poterant. Erravit igitur scriptor, et sagacissime Haupt[2]) errorem ex h. 2, 44, 1 *et media acie perrupta fugere passim Othoniani Bedriacum petentes* ortum esse coniecit, quem locum male intellexisset[3]).

---

1) Clason p. 63 Plutarchum Taciti verbis *ducibus Othonianis iam pridem profugis* (h. 43, 10) prave intellectis in errorem delapsum esse cogitat.

2) Haupt ‚phil. Rundschau' 1881 p. 956.

3) Gerstenecker p. 72 adn. 80 hos locos diversos esse iudicat, quod Plutarchus illa fabella Tacito non repugnet. Sed ineptam eam esse non perspexit, et quae confert verba c. 44, 18 *ne Vitellianis quidem incruentam victoriam fuisse*, quanquam aliquo modo cum priore parte contendi possunt, ad pugnae atrocitatem potius pertinent. Hagge (p. 23) quoque fallitur, qui cum illis Taciti verbis confert αἴσχιστα—στρατηγικοί.

Digitized by Google

Cap. XIII maiorem partem non pendet a Tacito. Initium quidem non discrepat:

v. 1 - 3 τῶν δὲ στρατηγῶν οὔτε Πρόκλος οὔτε Παυλῖνος συνεισελθεῖν ἐτόλμησαν, ἀλλ' ἐξέκλιναν φοβούμενοι τοὺς στρατιώτας ἤδη τὴν αἰτίαν ἐπὶ τοὺς στρατηγοὺς τρέποντας.	c. 44, 4 *Suetonius Paulinus et Licinius Proculus diversis itineribus castra vitavere.*

Habuisse duces, quod milites metuerent, consentaneum est et ex Vedii Aquilae sorte paulo infra narrata efficitur v. 7 *multo adhuc die vallum ingressus clamore seditiosorum et fugacium circumstrepitur; non probris, non manibus abstinent; desertorem proditoremque increpant nullo proprio crimine eius, sed more vulgi suum quisque flagitium aliis obiectantes.* De Titiano et Celso Plutarchus tacet sed pergit:

v. 4—6 Ἄννιος δὲ Γάλλος ἀνελάμβανεν ἐν τῇ πόλει καὶ παρεμυθεῖτο τοὺς ἐκ τῆς μάχης συλλεγομένους, ὡς ἀγχωμάλου γεγενημένης καὶ πολλοῖς κεκρατηκότας μέρεσι τῶν πολεμίων. Tacitus, qui Gallum compescuisse et placasse militum iram narrat, praetorianos adicit animos non demisisse c. 44, 13 (milites) *Annius Gallus consilio, precibus, auctoritate flexerat, ne super cladem adversae pugnae suismet ipsi caedibus saevirent . . . praetorianus miles non virtute se sed proditione victum fremebat: ne Vitellianis quidem incruentam victoriam fuisse, pulso equite, rapta legionis aquila . . .* Haec duo Plutarchus in unum coniunxit et Gallum redeuntes milites consolantem et ea

Digitized by Google

dicentem facit, quae Tacitus aptius praetorianis attribuit[1]). Cur Gallus remanserit ambiguum est. Aut ad id tempus aegrotavit (Mommsen p. 310 et Krauss p. 51), aut castrorum Bedriacensium praefectus relictus est (Gerstenecker p. 80 adn. 98). Castra enim interpretanda esse Bedriaci posita non promota Krauss p. 50 et Gerstenecker p. 38 luce clarius demonstraverunt. Bedriaci Othoniani castra habebant, priusquam proficiscerentur; quae castra remanserunt, cum altera castra ad quartum vel sextum lapidem posita statim mota sint. Exercitus enim *non ut ad pugnam sed ad bellandum* profectus erat (h. 2, 40), sed Bedriaci magna exercitus pars remanserat (h. 2, 44, 21). Magnum testimonium est h. 2, 45, 1 *Vitellianus exercitus ad quintum a Bedriaco lapidem consedit.* Heraeus quidem in adn. ad h. l. omnia ad altera castra refert, sed deditionem Bedriaci factam esse ex iis quoque apparet, quae Plutarchus infra narrat. Quae fieri non poterant, si exercitus non plus mille passuum inter se distabant (Krauss p. 51). Omnibus igitur locis c. 44, 2 *Bedriacum*, 44, 5 *castra*, 44, 7 *vallum*, 44, 21 *Bedriaci*, 45, 3 *castrorum*, 45, 10 *vallum* una illa castra ad Bedriacum posita significantur. Plutarchus igitur hoc, quod per se scire

1) Neque opus est cum Kraussio (p. 8) alium fontem requirere. Quodsi scriptores eo discrepare opinatur, quod Tacitus castra, Plutarchus πόλιν commemorat, hoc nihil est. Gerstenecker p. 78 adn. 92 quae Plutarchus proferat non esse credibilia recte adnotat. Gallus enim, qui pugnae non interfuisset, cognita habere non poterat omnia, quae acta essent. Itaque somnium hoc esse videtur scriptoris.

Digitized by Google

poterat, recte intellexit et planius Tacito Bedriacum nominat O. 12, 39 στρατόπεδον, O. 13, 4 ἐν τῇ πόλει, v. 22 Βητριακόν, v. 34 Βητριακόν, sed male πόλιν, non vicum appellat. — Itaque hactenus non erat, quod Tacitum Plutarchi auctorem esse potuisse negaremus.

Cetera capitis pars aliunde sumpta est. v. 6—43 Μάριος δὲ Κέλσος τοὺς ἐν τέλει συναγαγὼν ἐκέλευσε σκοπεῖν τὸ κοινόν, ὡς ἐπὶ συμφορᾷ τηλικαύτῃ καὶ φόνῳ τοσούτῳ πολιτῶν μηδὲ Ὄθωνος, εἴπερ ἀνὴρ ἀγαθός ἐστιν, ἐθελήσοντος ἔτι πειρᾶσθαι τῆς τύχης, ὅπου καὶ Κάτων καὶ Σκηπίων Καίσαρι κρατοῦντι μετὰ Φάρσαλον εἶξαι μὴ θελήσαντες αἰτίαν ἔχουσιν, ὡς πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐν Λιβύῃ παραναλώσαντες οὐκ ἀναγκαίως, καίπερ ἀγωνιζόμενοι περὶ τῆς Ῥωμαίων ἐλευθερίας. τὰ γὰρ ἄλλα κοινὴν ἡ τύχη παρέχουσα πᾶσιν ἑαυτὴν ἓν οὐκ ἀφαιρεῖται τῶν ἀγαθῶν, τὸ κἂν πταίσωσιν εὐλογιστεῖν πρὸς τὰ συντυγχάνοντα. ταῦτα λέγων ἔπειθε τοὺς ἡγεμονικούς. ἐπεὶ δὲ πειρώμενοι τοὺς στρατιώτας ἑώρων εἰρήνης δεομένους, καὶ Τιτιανὸς ἐκέλευε πρεσβεύειν ὑπὲρ ὁμονοίας, ἔδοξε Κέλσῳ καὶ Γάλλῳ βαδίζειν καὶ διαλέγεσθαι τοῖς περὶ τὸν Κεκίναν καὶ Οὐάλεντα. βαδίζουσι δὲ αὐτοῖς ἀπήντησαν ἑκατοντάρχαι τὴν μὲν δύναμιν ἤδη κεκινημένην λέγοντες ἐρχομένην ἐπὶ τὸ Βητριακόν, αὐτοὶ δὲ ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ἀπεστάλθαι περὶ ὁμονοίας. ἐπαινέσαντες οὖν οἱ περὶ τὸν Κέλσον ἐκέλευσαν αὐτοὺς ἀναστρέψαντας πάλιν ἀπαντᾶν μετ' αὐτῶν τοῖς περὶ τὸν Κεκίναν. ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς ἦσαν, ἐκινδύνευσεν ὁ Κέλσος. ἔτυχον γὰρ οἱ περὶ τὴν ἐνέδραν ἡττημένοι πρότερον ἱππεῖς προεξελαύνοντες. ὡς οὖν

Digitized by Google

προσιόντα τὸν Κέλσον κατεῖδον, εὐθὺς βοήσαντες ὥρμησαν ἐπ' αὐτόν. οἱ δὲ ἑκατοντάρχαι προέστησαν ἀνείργοντες· καὶ τῶν ἄλλων λοχαγῶν φείδεσθαι βοώντων οἱ περὶ τὸν Κεκίναν πυθόμενοι καὶ προσελάσαντες τὴν ἀκοσμίαν ταχὺ τῶν ἵππων ἔπαυσαν, τὸν δὲ Κέλσον ἀσπασάμενοι φιλοφρόνως ἐβάδιζον μετ' αὐτῶν εἰς τὸ Βητριακόν. ἐν δὲ τούτῳ μετάνοια Τιτιανὸν ἔσχεν ἐκπέμψαντα τοὺς πρέσβεις, καὶ τῶν στρατιωτῶν τοὺς θρασυνομένους αὖθις ἀνεβίβαζεν ἐπὶ τὰ τείχη καὶ τοὺς ἄλλους παρεκάλει βοηθεῖν. τοῦ δὲ Κεκίνα προσελάσαντος τῷ ἵππῳ καὶ τὴν δεξιὰν ὀρέγοντος οὐδεὶς ἀντέσχεν, ἀλλ' οἱ μὲν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἠσπάζοντο τοὺς στρατιώτας, οἱ δὲ τὰς πύλας ἀνοίξαντες ἐξῄεσαν καὶ ἀνεμίγνυντο τοῖς προσήκουσιν. ἠδίκει δὲ οὐδείς, ἀλλὰ καὶ φιλοφροσύναι καὶ δεξιώσεις ἦσαν, ὤμοσαν δὲ πάντες περὶ τοῦ Οὐιτελλίου καὶ προσεχώρησαν. Tacitus deditionem brevissime peragit h. 2, 45 *Vitellianus exercitus ad quintum a Bedriaco lapidem consedit . . . postera die haud ambiqua Othoniani exercitus voluntate et qui ferociores fuerant ad paenitentiam inclinantibus missa legatio; nec apud duces Vitellianos dubitatum, quo minus pacem concederent. legati paulisper retenti: ea res haesitationem attulit ignaris adhuc an impetrassent. mox remissa legatione patuit vallum.* Sequitur luculentissima mutuae reconciliationis descriptio. — Tacitus etsi multo brevior est, tamen nihil omittit, quod ad rerum conexum perspiciendum opus sit. Exercitus Othonis clade fractus (ἐπεὶ δὲ πειρώμενοι — δεομένους = haud ambigua — inclinantibus) Vitellianis victoribus se subiecit. Duces consilii auctores fuisse consentaneum

Digitized by Google

est[1]). Quin solus Tacitus postero die deditionem factam esse refert. Levioribus autem neglectis ad finem properat, fortasse ut quam celerrime ad Othonis mortem transeat. Haec igitur ex alio fonte petita sunt. Qui fons fuerit non interest, sed nihil impedit, quo minus utrumque eodem auctore usum esse et eandem rationem intercedere putemus, quae occurrit G. 19 et 20 — h. 1, 13[2]).

Cap. XIV Plutarchus exhibet quae a Mestrio Floro de proelio Bedriacensi audivit. — v. 1—4 οὕτω μὲν οἱ πλεῖστοι τῶν παραγενομένων ἀπαγγέλλουσι γενέσθαι τὴν μάχην. οὐδὲ αὐτοὶ σαφῶς ὁμολογοῦντες εἰδέναι τὰ καθ' ἕκαστα διὰ τὴν ἀταξίαν καὶ ἀνωμαλίαν. Forsitan quis Plutarchum in pugna describenda non Tacito usum esse hinc concludat sed omnia ab iis hausisse, qui ipsi interfuissent. Cum vero nihil praebeat, quod apud illum desideretur, sed narrationem ieiunam ieiuniorem reddat, equidem Plutarcho fidem non habeo, sed illa verba oppositionis causa inserta censeo, quanquam ea fortasse ex Mestrii conloquio profecta esse non negaverim. Opponit enim quodam modo, quae ipse audivit:

1) Quam ob rem iniuria Mommsen (Herm. IV, 310) et Nissen (p. 524) adfirmant, Tacitum deditionem, quae mera fuisset proditio, occultare voluisse, ne ducum fama macularetur, a quorum parte stetisset ut optimatium. At Tacitus nihil praetermittit aut reticet, sed brevissime deditionem absolvit. Utrum proditio fuerit necne hic non quaeram.

2) Gerstenecker p. 56 et 80 adn. 101 haec omnia Mestrio Floro adscribit, cum quo Plutarchus (O. 14) locum viserat, in quo pugnatum est. Certe necesse non est, Plutarchum scripto fonte usum esse, sed tum Mestrium Florum iam hoc capite nominavisset. Praeterea eius modi res potius scripto fonti tribuerim. Quod vero Gerst. ad O. 9 provocat, hoc nihil est.

Digitized by Google

v. 4—10 ἐμοὶ δὲ ὕστερον ὁδεύοντι διὰ τοῦ πεδίου Μέστριος Φλῶρος, ἀνὴρ ὑπατικὸς τῶν τότε μὴ κατὰ γνώμην, ἀλλ' ἀνάγκῃ μετὰ τοῦ Ὄθωνος γενομένων, νεὼν ὄντα παλαιὸν ἐπιδείξας διηγεῖτο μετὰ τὴν μάχην ἐπελθὼν ἰδεῖν νεκρῶν σωρὸν τηλικοῦτον, ὥστε τοὺς ἐπιπολῆς ἅπτεσθαι τῶν ἀετῶν. καὶ τὴν αἰτίαν ἔφη ζητῶν οὔτε αὐτὸς εὑρεῖν οὔτε παρ' ἄλλου του πυθέσθαι [1]. Quae sequuntur apud Tacitum quoque exstant.

v. 10—14 θνήσκειν μὲν γὰρ παρὰ τοὺς ἐμφυλίους πολέμους, ὅταν τροπὴ γένηται, πλείονας εἰκός ἐστι τῷ μηδένα ζωγρεῖν, χρῆσθαι γὰρ οὐκ ἔστι τοῖς ἁλισκομένοις, ἡ δ' ἐπὶ τοσοῦτο σωρεία καὶ συμφόρησις οὐκ ἔχει τὴν αἰτίαν εὐσυλλόγιστον.

Dubitari licet, utrum ipse haec addat an Mestrio Floro tribuat. Sed cum Tacitus dicat h. 2, 44, 2 *obstructae strage corporum viae, quo plus caedis fuit; neque enim civilibus bellis capti in praedam vertuntur*, ipsum Plutarchum id addidisse atque Tacitum respexisse puto: addit autem nihilo minus non apparere, cur mortui adeo coacervati fuerint [2].

---

1) Cum Plutarchus Mestrium Florum rei tam levis auctorem adferat, conloquium eorum non versatum esse suspicor in rebus gravioribus. Mestrius in senatorum numero ad bellum profectus erat i. e. inter Othonis fuit comites (h. 1, 88), neque proelio aut ipsi bello interfuisse videtur (h. 2, 52), praeterquam quod ut homo privatus nequaquam omnium consiliorum conscius esse potuit. Potius conloquium eorum eius modi rebus se continuisse arbitror; velut Mestrius exposuit, se invitum profectum esse, similia. Itaque a Gersteneckero dissentio, qui p. 55 sq., ubicumque Plutarchus diversas relationes adfert, imprimis O. 9 Mestrium Florum inducit.

2) Idem iudicant Haupt (phil. Rundschau 1881 p. 956) et Gerstenecker (p. 50). Quin hic Plutarchum Tacito repugnare censet,

Digitized by Google

Cap. XV Plutarchus Othonis exitum describere incipit. Ac fere omnia apud Tacitum exstant.

v. 1—2 τῷ δὲ Ὄθωνι πρῶτον μὲν ἀσαφής, ὥσπερ εἴωθε περὶ τῶν τηλικούτων, προσέπεσε λόγος.	c, 46, 1—2 *opperiebatur Otho nuntium pugnae . . . maesta primum fama.*

ubi Plutarchus pluribus verbis utitur.

Eodem modo se habent quae sequuntur:

v. 2—3 ἐπεὶ δὲ καὶ τετρωμένοι τινὲς ἧκον ἐκ τῆς μάχης ἀπαγγέλλοντες,	v. 2—3 *dein profugi e proelio perditas res patefaciunt.*

vulnera enim Plutarchus profugis ipse potuit inferre. Iam vero militum fidem summis ladibus effert:

v. 3—14 τοὺς μὲν φίλους ἧττον ἄν τις ἐθαύμασεν οὐκ ἐῶντας ἀπαγορεύειν, ἀλλὰ θαρρεῖν παρακελευομένους, τὸ δὲ τῶν στρατιωτῶν πάθος ἅπασαν ὑπερέβαλε πίστιν, ὡς οὐκ ἀπῆλθεν οὐδεὶς οὐδὲ μετέστη πρὸς τοὺς κρατοῦντας, οὐδ᾽ ὤφθη τὸ καθ᾽ αὑτὸν ζητῶν ἀπεγνωσμένου τοῦ	c. 46, 3 *non exspectavit militum ardor vocem imperatoris; bonum haberet animum iubebant: superesse adhuc novas vires, et ipsos extrema passuros ausurosque. neque erat adulatio: ire in aciem, excitare partium fortunam furore quodam et instinctu flagrabant. qui procul adstiterant tendere manus, et proximi pren-*

---

qui nimian caesorum multitudinem inde ortam esse dicat, quod civilibus bellis capti non in praedam vertantur: at Plutarchum hac explicatione non conquiescere. Hic est error. Tacitus enim illud argumentum adfert, ut cur bellis civilibus tot homines interficiantur ostendat. Plutarchus plane consentit (εἰκός), sed praeterea de nimiis cadaverum acervis agit, quos miratur.

Digitized by Google

ἡγεμόνος, πάντες δ' ὁμαλῶς ἐπὶ θύρας ἦλθον, ἐκάλουν αὐτοκράτορα, προελθόντος ἐγίνοντο προστρόπαιοι, μετὰ βοῆς καὶ ἱκεσίας χειρῶν ἥπτοντο, προσέπιπτον, ἐδάκρυον, ἐδέοντο μὴ σφᾶς ἐγκαταλιπεῖν, μὴ προδοῦναι τοῖς πολεμίοις, ἀλλὰ χρῆσθαι, μέχρι ἂν ἐμπνέωσι καὶ ψυχαῖς καὶ σώμασιν ὑπὲρ αὐτοῦ. ταῦτα ὁμοῦ πάντες ἱκέτευον.

sare genua promptissimo Plotio Firmo. is praetorii praefectus identidem orabat, ne fidissimum exercitum, ne optime meritos milites desereret: maiore animo tolerari adversa quam relinqui; fortes et strenuos etiam contra fortunam insistere spei, timidos et ignavos ad desperationem formidine properare. quas inter voces, ut flexerat vultum aut induraverat Otho, clamor et gemitus.

Plutarchus, quanquam singula ipse composuit, tamen nulla in re a Tacito discrepat. Omnium primum amicos Othonis producit, qui eum adhortantur, deinde alto cothurno ingrediens militum fidem describit. Tacitus Plotium Firmum nominat, qui Othonem diserte consolatur, neque dubito, quin οἱ φίλοι ex Plotio Firmo orti sint. Ubi militum mentionem facit Plutarchus, primis verbis, τὸ δὲ—ἡγεμόνος militum amorem plane significat. Eius modi formulas Tacitus spernit, Plutarchus amat. πάντες—αὐτοκράτορα = *non exspectavit — imperatoris*, sed Plutarchus hic quoque rem ut fabulam in scaena actam narrat; μετὰ βοῆς καὶ ἱκεσίας = *clamor et gemitus* (c. 46, 15); χειρῶν ἥπτοντο aut errore natum ex *tendere manus* aut ab ipso fictum, προσέπιπτον = *prensare genua*, lacrimas Tacitus commemorat c. 48, 4 *intempestivas suorum lacrimas coercens*. Denique apud

Digitized by Google

Tacitum omnes Othonem consolantur et cohortantur, apud Plutarchum fidem suam ostentant.

Addit narratiunculam a Tacito omissam: v. 14—16 εἷς δὲ τῶν ἀφανεστέρων ἀνατείνας τὸ ξίφος καὶ εἰπών „ἴσθι, Καῖσαρ, οὕτως ὑπὲρ σοῦ παρατεταγμένους ἅπαντας' ἀπέσφαξεν ἑαυτόν [1]) Pergit

v. 16—18 ἀλλὰ τούτων οὐδὲν ἐπέκλασε τὸν Ὄθωνα, φαιδρῷ δὲ καὶ καθεστῶτι προσώπῳ πανταχόσε τὰς ὄψεις περιαγαγών. Simile quid apud Tacitum non invenitur, sed Othonem consilium suum non mutasse et per se apparet et h. 2, 47, 1 traditum habemus *ipse aversus a consiliis belli*. Cetera orta videntur ex Tac. c 46, 14 *ut flexerat vultum aut induraverat Otho* et c. 48, 3 *placidus ore*.

Deinde uterque scriptor orationem praebet Othonis, quam Plutarchus non ad verbum vertit sed in universum Tacito se applicans ipse composuit, atque, ut omnino Othonis mortem amplius praedicat, ita huic quoque orationi plus inducit coloris.

v. 18—21 ‚ταύτην' εἶπεν ‚ὦ συστρατιῶται, τὴν ἡμέραν ἐκείνης, ἐν ᾗ με πρῶτον ἐποιήσατε αὐτοκράτορα, μακαριωτέ-

---

1) Plutarchus eandem rem respicere videtur quam Suetonius O. 10, quicum Cassius Dio 64, 11 consentit, *tunc ad despiciendam vitam exemplo manipularis militis concitatum, qui cum cladem exercitus nuntiaret nec cuiquam fidem faceret, ac nunc mendaci nunc timoris quasi fugisset ex acie argueretur, gladio ante pedes eius incubuerit.* Itaque aut duae erant relationes, aut, id quod mihi veri similius videtur, Plutarchus memoria falsus rem notissimam prave enarravit. Parum enim quadrat ad narrationis tenorem. Idcirco num Plutarchus communem fontem diligentius expresserit valde dubito. Mihi quidem haec narratiuncula non cum ceteris ex uno eodemque fonte sumpta sed in integrum narrationis conexum inserta videtur.

Digitized by Google

ραν ἡγοῦμαι τοιούτους ὁρῶν ὑμᾶς καὶ τηλικούτων ἀξιούμενος' haec est declamatio, quam ipse conscripsit. Apud Tacitum oratio ab alia sententia orditur (c. 47).

v. 21—38 ἀλλὰ μὴ μείζονος ἀποστερεῖτε τοῦ καλῶς ἀποθανεῖν ὑπὲρ τοσούτων καὶ τοιούτων πολιτῶν. εἰ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἄξιος γέγονα, δεῖ με τῆς ἐμῆς ψυχῆς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀφειδεῖν. οἶδα τὴν νίκην τοῖς ἐναντίοις οὔτε βεβαίαν οὔτε ἰσχυρὰν οὖσαν. ἀπαγγέλλουσι τὴν ἐκ Μυσίας ἡμῶν δύναμιν οὐ πολλῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἀπέχειν ἤδη καταβαίνουσαν ἐπὶ τὸν Ἀδρίαν. Ἀσία καὶ Συρία καὶ Αἴγυπτος καὶ τὰ πολεμοῦντα Ἰουδαίοις στρατεύματα μεθ' ἡμῶν, ἥ τε σύγκλητος παρ' ἡμῖν καὶ τέκνα τῶν ἐναντίων καὶ γυναῖκες. ἀλλ' οὐκ ἔστι πρὸς Ἀννίβαν οὐδὲ Πύρρον οὐδὲ Κίμβρους ὁ πόλεμος ὑπὲρ τῆς Ἰταλίας, ἀλλὰ Ῥωμαίοις πολεμοῦντες ἀμφότεροι τὴν πατρίδα καὶ νικῶντες ἀδικοῦμεν καὶ νικώμενοι. καὶ γὰρ τὸ ἀγαθὸν τοῦ κρατοῦντος ἐκείνῃ κακόν ἐστι. πιστεύσατε πολλάκις, ὅτι δύναμαι κάλλιον ἀποθανεῖν ἢ ἄρχειν. οὐ γὰρ ὁρῶ, τί τηλικοῦτον Ῥωμαίοις ὄφελος ἔσομαι κρατήσας, ἡλίκον ἐπιδοὺς ἐμαυτὸν ὑπὲρ εἰρήνης καὶ ὁμονοίας καὶ τοῦ μὴ πάλιν ἡμέραν τοιαύτην ἐπιδεῖν τὴν Ἰταλίαν.

Haec quoque mera est declamatio, ubi Otho multis verbis et ἀντιθέσεσιν usus se moriturum esse promittit [1]). Atque cum Tacitus magis premat, Othonem, ut finem faceret caedendi, mortem sibi conscivisse (c. 47, 12 *an ego tantum Romanae pubis, tot egregios exercitus*

1) Rursus Plutarchus exempla adfert ex rebus gestis Romanorum, quod et ipsum indicare videtur, vitas Caesarum conscriptas esse, cum iam aliquantum temporis in historia Romana versatus esset.

Digitized by Google

sterni rursus et rei publicae eripi patiar?), Plutarchus eum ut hostiam pro restituenda pace se immolantem facit. Quae vero significat facta, haec omnia vel in oratione vel alibi a Tacito adlata sunt οἶδα—οὖσαν = *quanto plus spei ostenditis* (c. 47, 3); de adventu legionum Moesicarum cf. h. 2, 46, 16 *praemissi e Moesia eandem obstinationem adventantis exercitus, legiones Aquileiam ingressas nuntiabant;* de ceteris provinciis exercitibusque Othoni fidis cf. h. 1, 76, 13 *Iudaeicum exercitum Vespasianus, Syriae legiones Mucianus sacramento Othonis adegere; simul Aegyptus omnesque versae in Orientem provinciae nomine eius tenebantur;* de senatu cf. h. 1, 84, 20 *nationes aliquas occupavit Vitellius . . . senatus nobiscum est . . .;* de liberis coniugibusque hostium cf. h. 1, 75, 8 et 2, 47, 9 *fruetur Vitellius fratre coniuge liberis*, quam sententiam Plutarchus ad omnes Vitellianos refert.

Itaque, si illam de morte militis narratiunculam mittimus, nihil obstat quo minus in hoc capite Plutarchum Tacito usum esse existimemus. Similiter se habet.

Cap. XVI, cuius argumentum paene totum apud Tacitum exstat h. 2, 48 et 49, 1—7.

v. 1—4 τοιαῦτα διαλεχθεὶς καὶ πρὸς τοὺς ἐνίστασθαι καὶ παρακαλεῖν ἐπιχειροῦντας ἀπισχυρισάμενος τούς τε	c. 48, 1—5 *talia locutus, ut cuique aetas aut dignitas, comiter appellatos, irent propere neu remanendo iram victoris asperarent, iuvenes auctoritate,*

φίλους ἐκέλευεν ἀπαλλάττεσθαι καὶ τῶν συγκλητικῶν τοὺς παρόντας.

senes precibus movebat, placidus ore, intrepidus verbis, intempestivas suorum lacrimas coercens.

Omnia concinunt, nisi quod amicos et senatores praesentes dimissos esse Plutarchus tradit. Hoc quanquam ipse potuit addere, tamen vestigium est alius fontis, praesertim cum pergat:

v. 4—6 τοῖς δὲ μὴ παροῦσιν ἐπέστελλε καὶ γράμματα πρὸς τὰς πόλεις, ὅπως παρακομισθῶσιν ἐντίμως καὶ μετὰ ἀσφαλείας. Apud Tacitum enim de hac re nihil exstat nisi c. 48, 5 *dari naves ac vehicula abeuntibus iubet* et c. 54, 5 *causa fingendi fuit, ut diplomata Othonis, quae neglegebantur, laetiore nuntio revalescerent.* Liquet Plutarchum hoc ex alio fonte hausisse, neque repugnabo, si quis eundem fuisse putat, qui Tacito ad manus fuit.

v. 6—14 προσαγόμενος δὲ τὸν ἀδελφιδοῦν Κοκκήϊον [1]) ἔτι μειράκιον ὄντα θαρρεῖν παρεκάλει καὶ μὴ δεδιέναι Οὐιτέλλιον, οὗ καὶ μητέρα καὶ γενεὰν καὶ γυναῖκα αὐτός, ὥσπερ οἰκείων κηδόμενος, διαφυλάξαι. διὰ τοῦτο γὰρ οὐδὲ θέσθαι παῖδα βουλόμενος αὐτόν, ἀλλὰ ἀναβαλέσθαι τὴν εἰσποίησιν, ὅπως συνάρχοι κρατήσαντος αὐτοῦ,

c. 48, 8 *mox Salvium Cocceianum, fratris filium prima iuventa, trepidum et maerentem ultro solatus est laudando pietatem eius, castigando formidinem: an Vitellium tam immitis animi fore, ut pro incolumi tota domo ne hanc quidem*

1) Hoc corrigendum in Κοκκηϊανόν.

Digitized by Google

μὴ προσαπόλοιτο πταίσαντος. ,ἐκεῖνο δὲ' εἶπεν ,ὦ παῖ, παρεγγυῶμαί σοι τελευταῖον, μήτε ἐπιλαθέσθαι παντάπασιν μήτε ἄγαν μνημονεύειν, ὅτι Καίσαρα θεῖον ἔσχες.

sibi gratiam redderet? . . . proinde erecto animo capesseret vitam, neu patruum sibi Othonem fuisse aut oblivisceretur unquam aut nimium meminisset.

Haec ad verbum congruunt, neque quicquam obstat, quo minus a Tacito sumpta sint. Sed officit, quod de Othonis Cocceiani adoptandi consilio Plutarchus refert. Quod adeo a narrationis conexu abhorret, quo Otho iuvenem consolatur et cohortatur, ut potius insertum quam una cum ceteris ex uberiore aliquo fonte excerptum videatur. Ex alio fonte certe haustum est [1]).

v. 14—22 γενόμενος δὲ ἀπὸ τούτων μετὰ μικρὸν ἤκουσε θορύβου καὶ βοῆς ἐπὶ θύραις. οἱ γὰρ στρατιῶται τῶν συγκλητικῶν τοῖς ἀπιοῦσι διηπείλουν ἀποσφάξειν, εἰ μὴ παραμενοῦσιν, ἀλλὰ οἰχήσονται τὸν αὐτοκράτορα καταλιπόντες. πάλιν οὖν προῆλθεν ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν φοβηθείς, καὶ τοὺς στρατιώτας οὐκέτι δεητικὸς

c. 49, 1—7 *post quae dimotis omnibus paulum requievit. atque illum supremas iam curas animo volutantem repens tumultus avertit nuntiata consternatione ac licentia militum: namque abeuntibus exitium minitabantur atrocissima in Verginium vi, quem clausa domo*

1) Clason p. 11 et Krauss p. 15 iure dubitant, num hoc fide dignum sit. Nam cum Othonem Statiliam Messalinam, Neronis uxorem, in matrimonium ducere voluisse auctor sit Suetonius O. 10, veri simile non est, eum nepotem adoptari voluisse, neque credibile, illud, si fuit, consilium pervulgatum esse. Itaque illud consilium fictum est, utrum a Plutarcho ipso an ab alio, non disceptaverim.

Digitized by Google

οὐδὲ πρᾷος, ἀλλὰ τραχὺς ὀφθεὶς καὶ μετ' ὀργῆς εἰς τὸ θορυβοῦν μάλιστα διαβλέψας ἀπελθεῖν ἐποίησεν εἴξαντας καὶ διατρέσαντας.

obsidebant. increpitis seditionis auctoribus regressus vacavit abeuntium adloquiis, donec omnes inviolati digrederentur.

Hoc quoque loco mera apparet Plutarchi scribendi ratio. Narrationis enim amplificandae studiosus quanquam loquacior est, tamen nihil exhibet, quin ipse addere potuerit. Aliqua omittit, velut *post — requievit*, neque Verginium nominat. Fortasse alius ei praesto fuit fons, sed eodem iure cogitari potest, eum ipsum quae ab auctore breviter significata inveniret explevisse et verbis expressisse.

Cap. XVII in unum coniungit, quae a Tacito alio ordine narrata sunt.

v. 1—7 ἤδη δὲ ἑσπέρας οὔσης ἐδίψησε, καὶ πιὼν ὀλίγον ὕδατος, δυοῖν ὄντων αὐτῷ ξιφῶν, ἑκατέρου κατεμάνθανε τὸ σπάσμα πολὺν χρόνον, καὶ τὸ ἕτερον ἀπέδωκε, θάτερον δὲ εἰς τὰς ἀγκάλας ἀναλαβὼν τοὺς οἰκέτας προσεκαλεῖτο. καὶ φιλοφρονούμενος διένεμε τῶν χρημάτων τῷ μὲν πλέον, τῷ δὲ ἔλαττον, οὐχ ὥσπερ ἀλλοτρίων ἀφειδῶν ἀλλὰ τὸ κατ' ἀξίαν καὶ τὸ μέτριον ἐπιμελῶς φυλάττων.

c. 49, 7—9 *vesperascente die sitim haustu gelidae aquae sedavit. tum adlatis pugionibus duobus, cum utrumque pertemptasset, alterum capiti subdidit* et c. 48, 7 *pecunias distribuit parce nec ut periturus.*

Digitized by Google

De hoc loco eodem modo iudicandum. Plutarchi narratio cum sit uberior, Tacitus communem fontem contraxisse videtur [1]. Sed eodem iure Plutarchum exigua Taciti verba distendisse dicere possumus. Quae enim discrepare videntur non magni sunt momenti. Velut Plutarchus religiosissime dicit, Othonem alterum pugionem reddidisse, quod per se intellegitur, vel alterum εἰς τὰς ἀγκάλας ἀναλαβεῖν *(capiti subdidit)*; idem aperte dicit, eum servis convocatis pecunias distribuisse, Tacitus hoc omittit neque adicit, id φιλοφρονουμένως factum esse. Eius modi autem additamenta cum aut memoriae errore orta aut narrationis amplificandae studio tribuenda sint, propterea communis fons non est statuendus. Ceterum adnotandum, Plutarchum alio ordine uti ac Tacitum. Hic enim et Suetonius (O. 10) pugionibus nondum adlatis pecuniam distributam esse tradunt, haud dubie aptius. Certe enim Otho non ante necis instrumenta paravit, quam omnes res publicas et privatas composuit [2]. Qua re si communem

---

1) Haec est sententia Nissenii (p. 511).

2) Hoc recte Krauss monet p. 16. Idem ostendit ridiculum spectaculum Plutarchum praebere, quod Othonem pugionem manibus amplexum pecunias distribuisse tradit. Krauss quidem finxisse Plutarchum putat, Othonem in lecto cubantem servis intrare iussis per libertum pecunias in mensa positas distribuisse, ita ut pugionem cervicali subditum manibus teneret, quoniam solus pugio cubile fuisset durissimum. Quae explicatio vereor ne subtilior sit quam verior. Evadit sane spectaculum haud serium, atque Heraeus (ad h. 2, 49, 8) recte adnotat, *caput* elegantius dictum esse pro cervicali. Potius socordiae Plutarchum accusaverim, qui memoria teneret, Othonem alterum pugionem ad facinus destinasse, alterum reiecisse. Illud exprimit verbis εἰς τὰς ἀγκάλας ἀναλαβών, et excusatur, quia hoc oppositum est antecedentibus καὶ—ἀπέδωκε.

Digitized by Google

auctorem statuimus, veri similius est, hunc eodem ordine usum esse, quo Tacitum et Suetonium, ac Plutarchum ordinem permutasse.

v. 7—9 ἀποπέμψας δὲ τούτους ἤδη τὸ λοιπὸν ἀνεπαύετο τῆς νυκτός, ὥστε τοὺς κατευναστὰς αἰσθάνεσθαι βαθέως αὐτοῦ καθεύδοντος.	c. 49, 9—11 *et explorato iam profectos amicos noctem quietem, utque adfirmatur non insomnem egit.*

Illud, unde Othonem senatoribus diligenter consuluisse apparet, Plutarchus omittit aliisque incipit verbis. Cetera concinunt, atque testimonium κατευναστῶν, quod adfert, mirum quantum respondet Taciti verbis *utque adfirmatur*. Alterum ex altero ortum videtur.

v. 10—15 ὄρθρου δὲ καλέσας ἀπελεύθερον, ᾧ συνδιῴκησε τὰ περὶ τοὺς συγκλητικούς, μαθεῖν προσέταξε· καὶ πυθόμενος γεγονέναι τοῖς ἀπερχομένοις ὧν ἕκαστος ἔχρῃζεν ,ἴθι τοίνυν' ἔφη ,σύ, καὶ ποίει τοῖς στρατιώταις ἐμφανῆ σεαυτόν, εἰ μὴ θέλεις κακῶς ὑπ' αὐτῶν ἀποθανεῖν ὡς ἐμοὶ συμπράξας τὸν θάνατον. Haec desunt apud Tacitum [1]). Mortem Othonis amplius describit Plutarchus:

1) Iniuria Krauss p. 16 hanc narratiunculam in dubium vocat. Dicit enim, Othonem, qui ipse militibus moriendi consilium pronuntiavisset, metuere non potuisse, ne milites liberto necem crimini darent et poenam ab eo repeterent. Itaque haec a Plutarcho inventa esse Krauss etiam si non contendit, tamen suspicari videtur. Sed quanquam consilium pronuntiaverat, tamen, cum nimium militum erga se amorem non ignoraret, metuendum ei erat, ne caeco furore saevirent, simul ac necem imperatoris comperissent. Itaque haec ex alio fonte sumpta, praesertim cum Tacitus quoque simile quid in fonte suo invenisse videatur. cf. h. 2, 53, 9 *interrogatus Othonis libertus causam digressus habere se suprema eius mandata respondit; ipsum viventem quidem relictum, sed sola posteritatis cura et abruptis vitae blandimentis.*

Digitized by Google

v. 15—18 ἐξελθόντος δὲ τοῦ ἀνθρώπου τὸ ξίφος ὑποστήσας ὀρθὸν ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ καὶ περιπεσὼν ἄνωθεν ὅσον ἅπαξ στενάξαι μόνον ᾔσθετο τοῦ πόνου καὶ τοῖς ἐκτὸς αἴσθησιν παρέσχεν.

c. 49, 11—12 *luce prima in ferrum pectore incubuit. ad gemitum morientis ingressi liberti.*

Verbis ἐξελθόντος—ἀνθρώπου narratio transducitur, cetera et a Tacito coartata et a Plutarcho aucta esse possunt; gemuisse Othonem uterque refert.

v. 18—31 ἀραμένων δὲ τῶν παίδων οἰμωγὴν εὐθὺς ἅπαν τὸ στρατόπεδον καὶ τὴν πόλιν ἐπεῖχε κλαυθμός· καὶ μετὰ βοῆς οἱ στρατιῶται εἰσέπεσον ἐπὶ τὰς θύρας καὶ ὠλοφύροντο περιπαθοῦντες καὶ λοιδοροῦντες ἑαυτοὺς μὴ φυλάξαντας τὸν αὐτοκράτορα μηδὲ κωλύσαντας ἀποθανεῖν ὑπὲρ αὐτῶν. ἀπέστη δὲ οὐδεὶς τῶν κατ' αὐτὸν ἐγγὺς ὄντων τῶν πολεμίων, ἀλλὰ κοσμήσαντες τὸ σῶμα καὶ πυρὰν κατασκευάσαντες ἐξεκόμιζον ἐν τοῖς ὅπλοις οἱ φθάσαντες ὑποδῦναι καὶ βαστάσαι τὸ λέχος ἐπιγαυρούμενοι. τῶν δὲ ἄλλων οἱ μὲν τὸ τραῦμα τοῦ νεκροῦ κατεφίλουν προσπίπτοντες, οἱ δὲ ἥπτοντο τῶν χειρῶν, οἱ δὲ προσεκύνουν πόρρωθεν. ἔνιοι δὲ τῇ πυρᾷ λαμπάδας ὑφέντες ἑαυτοὺς ἀπέσφα-

c. 49, 13—20 . . . *unum vulnus invenere. funus maturatum; ambitiosis id precibus petierat, ne amputaretur caput ludibrio futurum. tulere corpus praetoriae cohortes cum laudibus et lacrimis vulnus manusque eius exosculantes. quidam militum iuxta rogum interfecere se non noxa neque ob metum, sed aemulatione decoris et caritate principis. ac*

Digitized by Google

ξαν, οὐδὲν ἐκδήλως οὔτε πεπονθότες χρηστὸν ὑπὸ τοῦ τεθνηκότος οὔτε πείσεσθαι δεινὸν ὑπὸ τοῦ κρατοῦντος δεδιότες.	*postea promisce . . . celebratum id genus mortis.*

Quanquam hic quoque dubitari potest, utrum Plutarchus communem fontem secutus sit a Tacito arte comprehensum, an brevem huius narrationem amplificaverit, tamen illud veri similius videtur. Nam prima quidem verba ἀραμένων—ὑπὲρ αὐτῶν ex exornandi studio proficisci poterant, atque Tacitus una in re diligentior est (*ambitiosis — futurum*), sed cetera apud eum adeo coartata exstant, ut alium fontem Plutarcho praesto fuisse persuasum mihi sit. Qui fons idem fuisse potest quem Tacitus adhibuit. Quam suspicionem imprimis mihi movent verba οὐδὲν—δεδιότες. Per se additamentum esse videntur, quale G. 26, 26—35 Denso tribuitur (οὐδὲν - πεπονθώς), sed obstant Taciti verba *non noxa neque ob metum*, quibus eadem sententia exprimitur. *Noxa* enim hoc loco idem videtur quod *noxae conscientia*, ut subicienda sit haec vis, illos noxae alicuius conscios i. e. intimos Othonis comites fuisse, id quod paene idem est quod οὔτε πεπονθότες χρηστὸν ὑπὸ τοῦ τεθνηκότος. De metu plane congruunt. Cum vero dubitem, num Plutarchus ex uno verbo obscuro hoc conligere potuerit, communem fontem statuam, quem Tacitus coartaverit. Mors Othonis ab aliis scriptoribus sine dubio disertius descripta erat, quorum unum Plutarchus adhibuit, cui narratio Tacitea in angustum coacta non sufficeret.

Digitized by Google

Reliqua capitis parte Plutarchus quae ipse de militum erga Othonem amore sentiat exponit: v. 32—36 ἀλλ' ἔοικε μηδενὶ τῶν πώποτε τυράννων ἢ βασιλέων δεινὸς οὕτως ἔρως ἐγγενέσθαι καὶ περιμανὴς τοῦ ἄρχειν, ὡς ἐκεῖνοι τοῦ ἄρχεσθαι καὶ ὑπακούειν Ὄθωνος ἠράσθησαν· οὕς γε μηδ' ἀποθανόντος ὁ πόθος προὔλιπεν, ἀλλὰ παρέμεινεν εἰς ἀνήκεστον ἔχθος Οὐιτελλίῳ τελευτήσας.

Cap. XVIII eadem valet ratio. Magnam enim partem cum Tacito concinit (c. 50 et 51), sed uberioris fontis non desunt vestigia. Primis quidem verbis v. 1 τὰ μὲν οὖν ἄλλα καιρὸν οἰκεῖον ἔχει λεχθῆναι vitam Vitellii indicat. cf. Tac. h. 2, 67, 3 *arma ad tribunos suos deferebant, donec motum a Vitellio bellum crebresceret; tum resumpta militia robur Flavianarum partium fuere.*

v. 2—4 κρύψαντες δὲ τῇ γῇ τὰ λείψανα τοῦ Ὄθωνος οὔτε μεγέθει σήματος οὔτ' ἐπιγραφῆς ὄγκῳ τὸν τάφον ἐποίησαν ἐπίφθονον.	c. 49, 20 *Othoni sepulcrum exstructum est modicum et mansurum.*

Credi posset, hinc petivisse Plutarchum sepulcri descriptionem — sepultum enim esse corpus, antequam sepulcrum exstrueretur, consentaneum est —, nisi ipse vidisset lapidem v. 4—6 εἶδον δὲ ἐν Βριξίλλῳ γενόμενος καὶ μνῆμα μέτριον καὶ τὴν ἐπιγραφὴν οὕτως ἔχουσαν, εἰ μεταφρασθείη ‚Δηλώσει Μάρκου Ὄθωνος'. Pergit

v. 6—7 ἀπέθανε δὲ Ὄθων ἔτη μὲν ἑπτὰ καὶ τριάκοντα[1]) βιώσας.	c. 49, 21 *hunc vitae finem habuit septimo et tricesimo aetatis anno.*

---

1) Differunt, cum Tacitus Othonem septimo et tricesimo anno, Plutarchus 37 annos βιώσαντα i. e. 38 annum agentem mortuum esse

Digitized by Google

v. 7 ἄρξας δὲ τρεῖς μῆνας. id satis constabat et Plutarchus ipse addere potuit.

v. 7—9 ἀπολιπὼν δὲ μὴ χείρονας μηδ' ἐλάττους τῶν τὸν βίον αὐτοῦ ψεγόντων τοὺς ἐπαινοῦντας τὸν θάνατον.	c. 50, 3 *duobus facinoribus, altero flagitiosissimo, altero egregio, tantundem apud posteros meruit bonae famae quantum malae.*

Sententia est similis. Ad explicandum adicit Plutarchus βιώσας γὰρ οὐδὲν ἐπιεικέστερον Νέρωνος ἀπέθανεν εὐγενέστερον, quae comparatio unicuique in mentem incidit.

Reliqua capitis parte de militum ira et deditione agitur. Tacitus easdem res c. 51 breviter attingit.

v. 9—12 οἱ δὲ στρατιῶται Πολλίωνος [1]) τοῦ ἑτέρου τῶν ἐπάρχων ὀμνύειν εὐθὺς εἰς τὸν Οὐιτέλλιον κελεύσαντος ἐδυσχέραινον. Militum iram Tacitus quoque commemorat c. 51, 1 *in funere eius novata luctu ac dolore militum seditio, nec erat qui coerceret*, sed cum praefecti mentionem non faciat, illud aliunde sumptum est.

v. 12—16 καὶ πυθόμενοι τῶν συγκλητικῶν ἐνίους ἔτι παρεῖναι, τοὺς μὲν ἄλλους ἀφῆκαν, Οὐεργινίῳ δὲ Ῥούφῳ πράγματα παρεῖχον ἅμα τοῖς ὅπλοις ἐλθόντες ἐπὶ τὴν οἰκίαν καὶ κατακαλοῦντες αὖθις καὶ κελεύοντες ἄρχειν ἢ πρεσβεύειν ὑπὲρ αὐτῶν.	c. 51, 2 *ad Verginium versi modo, ut reciperet imperium, nunc ut legatione apud Caecinam fungeretur, minitantes orabant.*

tradat. Idem praebet Suetonius O. 11. Sed errant. Natum enim esse Othonem Camillo Aruntio Domitio Aenobarbo coss. i. e. anno p. Ch. 32 IV kal. Mai. ipse Suetonius tradit O. 2; Mortuus est anno 69 XVI vel XV kal. Mai. itaque annum aetatis 37 nondum expleverat, sed agebat.

1) Hoc erratum esse aut Plutarchi aut librarii Clason ostendit p. 12. Intellegendus est Plotius Firmus (h. 1, 46, 2; 2, 46, 9; 49, 12).

Digitized by Google

Haec quoque, etiam si a Tacito sumere potuit, alii fonti adscribere malim. Contra in iis quae sequuntur ea videtur proferre, quae ipse de Verginio iudicabat.

v. 16—20 ὁ δὲ τὴν ἡγεμονίαν ἡττωμένων παραλαβεῖν νενικηκότων πρότερον μὴ θελήσας μανικὸν ἡγεῖτο· πρεσβεύειν δὲ πρὸς τοὺς Γερμανοὺς δεδιὼς πολλὰ βεβιάσθαι παρὰ γνώμην ὑπ᾽ αὐτοῦ δοκοῦντας,

ἔλαθε δι᾽ ἑτέρων θυρῶν ἐκποδὼν ποιήσας ἑαυτόν.	c. 51, 4 *Verginius per aversam domus partem furtim digressus inrumpentes frustratus est.*

Haec prorsus sibi respondent, nec desunt apud Tacitum extrema Plutarchi verba:

v. 21—23 ὡς δὲ τοῦτο ἔγνωσαν οἱ στρατιῶται, τούς τε ὅρκους ἐδέξαντο καὶ τοῖς περὶ τὸν Κεκίναν προσέθεντο συγγνώμης τυχόντες.	c. 51, 6 *earum quae Brixelli egerant cohortium preces Rubrius Gallus tulit, et venia statim impetrata.*

ὡς—στρατιῶται transeundi est formula, quas Plutarchus amat; cetera aut a Tacito orta sunt, aut, quod Caecina nominatur, alii fonti sunt adscribenda.

Quoniam finem feci comparandi, paucis comprehendam, quae mihi inde redundare videantur. Omnium primum negari non posse arbitror, Plutarchum in fontibus adhibuisse ipsum Tacitum. Paene totam enim

Digitized by Google

illius narrationem potuisse sane ex Tacito proficisci vidimus. Quam ad sententiam firmandam plurimum valent ii loci, quibus Tacitum prave intellexisse videtur[1]: G. 22, 22—27 (συνάρξαντος), 35—39; 23, 3—10 (ἐν—εὐφυίᾳ); 20—22 (ὥσπερ αὖ), 33—37; 25, 5—8 (ξίφεσι), 8—14 (κατὰ τρεῖς), 14—16 (μὴ συνειδώς?) 26, 9—13, 26—35 (Densus?). O. 6, 16—21 (Caecina) 21—23 (κεκοσμημένην); 7, 20—25 (ὁ δὲ Ὄθων etc.) 10, 1—6 (ἐρρωμενεστάτους?) 11, 18—23 (διεξέπεμψαν) 12, 26—34 (εἰς σπείρας) 37—39 (νενικηκότες).

Rarissime linguae imperitia, saepius ob neglegentiam in errorem delapsus est. Deinde non sunt omittendi alii loci, qui facilius explicantur, si non communem auctorem, sed Tacitum Plutarchi fontem fuisse statuimus: G. 24 et 25 (Palatium); O. 3, 15—25 (Ostia) 7, 1—7 (Gallus), 7—8 (Paulinus et Celsus); 20—25 (Otho); 26—27 (Proculus); 9 (ἑτέρων); 12, 1—9 (αἰτίας); 14, 10—14.

Neque obstant ii loci, ubi scriptores ad verbum congruunt. Quos cum Mommsen iam conlegerit, paucos adferam, qui mihi alicuius momenti videantur: G. 23, 3—10 (ἐμφανέστατα—vultu); 26, 13—15 (τροπαῖα—resonantes); 26—35 (ἥλιος ἐπεῖδεν—aetas vidit); 27, 6—8; 25—32 (pron. relat). O. 3, 28—39 (φοβούμενος ἦν φοβερός—cum timeret timebatur); 5, 10—15; 7, 12—20 (δοκοῦσι—percrebruerit); 10, 15—17 (Germani); 11, 18—23; 12, 22—26; 17, 7—9 (ὥστε—αἰσθάνεσθαι—utque adfirmatur).

---

1) Omnes locos non mihi videor conlegisse.

Digitized by Google

Tum aliquot locis in communi fonte, si fuit, eodem modo res enarratas fuisse veri simile est atque apud Tacitum: G. 22, 2—9; 28, 1—6; O. 1; 4, 11—21 (ἐπιστολαί); 5, 8—10; 6, 1—16; 7, 20—25; 30—35; 17, 1—7.

Denique interdum ea, quae Plutarchus solus exhibet, non ex uberiore fonte excerpta sed ex alio scriptore in Tacitum inserta videntur: G. 27, 8—15. O. 10, 9—15; 15, 14—16; 16, 6—14 (διὰ τοῦτο—εἰσποίησιν).

Quanquam, si diligentius inquirimus, scriptores saepissime discrepant, tamen discrepantia non est tanta, ut alius propterea fons sit statuendus. Atque per totam Plutarchi narrationem haec valet ratio, ut subtiliora neglegat, ea vero, quae praebeat, pluribus verbis exornet. Omnes locos enumerare longum est, paucos adscribam: G. 22, 33—35; 23, 2—3; 3—10; 24, 1—6; 27, 19—21; O. 1, 10—13, 3, 41—49; 4, 5—6; 6, 1—16. Item Tacito ut diligentiori potius fidem habeam: G. 19, 1—3; 20, 22—25; 21, 1—5; 22 (provincias non distinguit) 12—16; 23, 16—20; 25, 14—16; 27, 1—6 (Galbae extremae voces); 21—23; 28, 1—6; O. 6, 16—21; 11, 7—18 (Celsus et Paulinus in castris abnuunt) et G. 22, 30—32; 39—42; 24, 10—16; 25, 27—30; O. 8, 14—17.

Omnibus vero locis dulcis cernitur ubertas, quae interdum tanta est, ut senis loquacis esse videatur, velut: G. 19, 3—6; 20, 1—5; 5—8; 22, 7—9; 12—16; 30—32; 23, 10—16; 27—33; 33—37; 24, 10—16; 25, 1—3; 26, 4—9. O. 1, 2—9; 2, 1—2; 4, 11—21; 5, 25—31; 6, 27—31; 11, 1—7;

Digitized by Google

16, 14—22 vel. G. 27, 32—39; O. 3, 10—15; 16, 14—22, 17, 1—7.

Itaque non est offendendum in parvis additamentis velut: G. 23, 14—16; 16—20; 22—27; 24, 10—16, 19—20; 26, 15—18; 26—35; 27, 32—39; 28, 1—6; O. 3, 15—25; 39—41; 4, 29—35; 7, 12—20; 9, 18—29; 11, 7; 18—23; 12, 1—9.

Neque mirum, quod plurimas formulas exhibet aut transeundi causa insertas, aut ex rerum condicione conlectas: G. 20, 18—22; 22, 1—2; 10—12; 29—30; 32; 23, 1—2; 24, 10—16; 27, 23—25; O. 3, 1—2; 4, 1—3; 6, 1—2; 7, 7—8; 11, 1; 14; 12, 8—9; 17, 15 atque: G. 22, 2—9; 12—16; 16—17; 18—21; 27—29; 29—30; 39—42; 23, 3—10; 22—27 (O. Vinio irascitur); 27—33 (Χαλδαῖοι); 24, 6—9 (ἕκτῃ); 10—16 (ἕωθεν etc.); 25, 16—20 (nemo Othoni obstitit); 20—24 (Παλάτιον); 27, 23—25 (Vinio et Laconi capita absciduntur); O. 1, 10—13; 14—17; 5, 10—15 (Sabinus a Galba munere privatus); 15—18 (Otho substitit Brixelli); 18—22; 7, 1—7 (Cremona capitur); 8, 1 (Otho Bedriacum se confert); 9, 26—29 (γνήσιοι); 10, 6—9 (Caecina pontem incohat); 11, 1—7 (Proculus Othonianos ducit); 13, 1—3 (Paulinus et Proculus milites metuunt); 15, 16—18; 18, 7 (Otho tres menses imperium obtinuit); praesertim cum interdum erret, vel narrationis explendae et amplificandae studiosus parum credibilia proferat: G. 19, 3—6; 21, 8—10; 26, 9—13; 18—23; 23—26; O. 4, 24—29 (de Vespasiano prodigium); 5, 25—31; 7, 26—27; 10, 7—18 (δεῖν περιμένειν); 12, 19—22; 34—37; 17, 1—7 (εἰς τὰς ἀγκάλας);

Digitized by Google

Plutarchus igitur non tironem sed scriptorem se praebet exercitatissimum. Fontem non ad verbum exprimit timide et religiose, sed auctore perlecto ad scribendum accessit, et eum in universum secutus singula suo arbitrio composuit, ita tamen ut interdum in scribendo inspiceret, unde factum est, ut et ad verbum congruat et non semel in errorem inciderit, velut: G. 20, 18—22 (Ἀσιατικόν); 23, 27—33 (Ptolemaei vaticinium); 33—37; 26, 26—35 (Densus); O. 7, 12—20; 8, 18—22.

Saepius aliqua solus exhibet, quae quidem facillime ex ipsius ingenio proficisci poterant: G. 26, 13—15; 29; O. 2, 2—11; 5, 18 sq.; 15, 18—21; 17, 32—36; 18, 7—9; 16—20.

Eodem modo exornandi causa narrationi multa inserit: G. 23, 33—37; 24, 17—18; 25, 8—14; 24—26 (Vinius et Laco gladios stringunt); 27, 16—18; O. 1, 17—fin.; 5, 15—18 (ἄνδρας ἐνδόξους); 6, 1—16 (laudatio Placentiae); 21—23 (equites Saloninam comitantur); 8, 12—14; 12, 9—14; 15, 3—14 (militum fides); vel uberius exponit, quae Tacitus breviter significat: G. 24, 20—21; O. 3, 15—25 (militum in senatores furor); 4, 22—24; 29—35; 5, 10—15; 16, 14—22 ita ut lectoris partes agere videatur, qui quae legerit et in legendo cogitaverit, litteris mandet.

Parvis in rebus a Tacito discrepat: G. 24, 21—26; 25, 8—14 (milites obvii fiunt); 26, 18—23 (equites et pedites); 27, 32—39 (Celsi sors); O. 1, 2—9 (Celso venia

Digitized by Google

datur); 7, 12 (Celsus consilii hostium certior fit) 8, 18—22; qua in re interdum falli videtur: G. 24, 17—18; O. 6, 16—21; 7, 30—35; 9, 18—29 (Celsum nominat); 18, 6—7.

Quanquam verborum copia narratio languescit, tamen nonnullis locis oratorium cernitur studium res quasi in scaenam producendi: G. 22, 12—16; 23, 10—16; 20—22; 26, 18—23; 28, 1—6; O. 3, 3—10 (ἐν θεάτροις); 6, 1—16 (utriusque exercitus milites invicem sibi convicia ingerunt); 15, 3—14 (Otho et milites).

Sed non modo in eius modi levioribus rebus Plutarchus a Tacito discrepat, sed in componendis rebus summa utitur libertate. Qua libertate si alium auctorem exscribere potuit, Tacitum quoque potuit, cf. G. 22, 2—9; 12—16; 16—29; 23, 20—22 (male); 25, 3—5; 16—20; 26, 9—13; 28, 1—6; O. 1 (male); 3, 10—15; 4, 3—5 (de Vitellio tum demum adlatum); 6—11; 11—21 (Otho provinciarum fide cognita epistulas mittit); 5, 8—10; 18 sq. 7, 20—26; 8; 13, 4—6 (male).

Itaque nequaquam dici potest, vitas Galbae et Othonis a tirone conscriptas esse, neque per se veri simile est, eas ante vitas parallelas editas esse. Immo scriptor non parvae est sollertiae et exercitationis. Quae vero occurrunt falsa et errores facile explicantur neglegentia et indiligentia velut: G. 26, 1—4 (Pisonem missum esse non dicit); 4—9 (Atticus obvius fit); 15—18 (populus subito inducitur); 23—26 (Vergilio subito prodit); Celsum re infecta rediisse non dicit; 27, 32—39 (Celsus subito in castra venit); O. 3, 28—39 (fuga con-

Digitized by Google

vivarum) etc. Quam neglegentiam et iuveni et seni possumus attribuere.

Sed non desunt vestigia, unde alios quoque fontes Plutarcho praesto fuisse suspicari liceat: G. 22, 7–9; 24, 10–16 (Galbae sacrificium); 25, 5–8 (Otho sellae imponitur); 8–14; 26, 9–13 (Attici responsum); 18–23 (Pauli basilica); 26–35 (Densus pugnat); 27, 16–18 (Othonis exclamatio); O. 1, 1–2 (Othonis sacrificium); 3, 10–15; 5, 1–6; 7, 1–7 (Bedriacum non nominat); 11, 1–7 (Proculus milites ducit); 16, 1–6; atque, etiam si mihi quidem constare videtur, Tacitum fuisse in Plutarchi fontibus, eius modi vestigia et indicia non sunt praetermittenda. Sane ii loci, quos Nissen premit, non magni sunt momenti. Quae enim edit Plutarchus fontium investigationis indicia, haec non sunt certa et facillime aliter explicari possunt:

G. 25, 1–3 φασὶ fortasse ad ea spectat quae Tacitus tradit. 14–16 φασὶ plane congruit cum Tac. *percrebruerit.* 27, 26–28 λέγουσι = dicitur. O. 3, 10–15 εἴτε—εἴτε quilibet scriptor addere potuit. 4, 24–29 φασὶ ad additamentum pertinet videlicet a Plutarcho ipso compositum. 5, 1–6. εἴτε—εἴτε sensu caret. 10–15 εἴτε—εἴτε cum Tacito congruit. 6, 23–27. ἐδόκει = tanquam 27–31 οἱ δὲ pertinet ad Tacitum. 9, 13 ἑτέρων ἦν ἀκούειν = invenio apud quosdam auctores. Itaque hinc nihil efficitur.

Sed aliis fontibus Plutarchum usum esse inde apparet, quod aliquot praebet locos, qui apud Tacitum desunt,

Digitized by Google

quos ex scripto libro excerptos esse nècesse sit. Cum cetera narratione modo magis modo minus cohaerent. Hos locos inveni:

G. 21, 8—10 adnotat, quantum aeris alieni Otho conceperit.

22, 22—27 Vitellium pauperem fuisse tradit.

35—39 Vitellius imperium adipisci dubitat.

23, 3—10 Dolabella commemoratur; Pisonis parentes a Nerone interfecti.

27, 8—15 Fabullum in percussoribus nominat et addit, quae cum Galbae capite facta sint.

28, 6—15 Helvidius Galbae corpus accipit; tradit Plutarchus, quanti redemptum sit Vinii caput.

O. 2, 11—17 Tigellini exitum uberius describit.

3, 3—10 Cluvium Rufum laudat.

15—25 duo centuriones a militibus interficiuntur.

25—28 octoginta senatores apud Othonem epulantur.

5, 34—36 milites ebrii Spurinnae incommodant.

9, 1—13 Secundi testimonium adfertur.

10, 9—15 naves incendiarias inducit.

13, 6—43 deditionem Othonianorum multo uberius describit.

15, 14—16 miles se ipse interficit.

16, 4— 6 Otho senatoribus abeuntibus diplomata praebet.

9 Othonis Cocceiani adoptandi consilium.

Digitized by Google

17, 10–15 Otho libertum abire iubet.

18–31 funus diligentius describit.

18, 9–12 Pollionem vel potius Plotinum nominat.

Plerique loci ex eodem fonte orti esse possunt, quem Tacitus adhibuit velut: G. 19–21 — h 1, 13; O. 2, 11–17 – h. 1, 72; 13, 6–43 – h. 2, 45; 16, 1–6 — h. 2, 48; 17, 18–31 — h. 2, 49; Plutarchus igitur praeter Tacitum altero fonte usus est, qui fons ab hoc quoque usurpatus esse videtur. Nonnullos vero locos ex tertio auctore ortos esse puto, quem Tacitus primo loco non est secutus: G. 23, 3–10; 27, 8–15; 28, 6–15; 9, 1–12.

Itaque hanc fere viam Plutarchum ingressum esse puto. Vitas non ita componere coepit, ut rerum Romanarum plane ignarus librum aliquem eligeret, quem in scribendo legeret et temere transscriberet; sed antequam vitam incoharet, aliquot libris perlectis unum potissimum secutus est vel potius ad manus habuit, quem modo inspiceret modo memoria exscriberet. Hunc fontem Tacitum fuisse arbitror. Saepissime autem quae ex aliis scriptoribus memoria tenebat inseruit; sed hos quoque interdum vel inter scribendum inspexit. Duorum vestigia indicasse mihi videor, fortasse plures erant. Unde narratio evasit tot e particulis tamque diversis conflata et tam scienter composita, ut fontem aliquem primarium statui non liceat. Tacitum quidem nequaquam vel cum Nissenio „Hauptquelle“ vel cum Clasonio „Grundquelle“ appellari posse contendo.

Digitized by Google

Plutarchus eo saepe usus est, fortasse saepius quam ceteris, sed ceteri illi non sunt neglegendi, neque Plutarchum, ubicumque Tacito uti potuerit, eum solum secutum esse adfirmaverin. Immo non dubito, quin ex iis quae deprehenduntur aliorum scriptorum vestigiis conligendum sit, ceteros scriptores multo saepius adhibitos esse, quam concedere voluerunt Clason et Lange Taciti propugnatores. Itaque dissertatione mea nihil certi efficitur. De Taciti fontibus, si narrationem eius cum Plutarchea conferimus, nihil statui potest, neque Plutarchi ceteros auctores nominare audeo, cum scriptorum illius aetatis libri omnes perierint, et incertas coniecturas proferre inutile sit. Hoc constat: neque Cluvium neque Plinium ostendi potest non fuisse in Plutarchi auctoribus; qua in re acquiescendum.

Hic pauca dicenda de loco conclamato O. 3. Qui ita tractandus, ut sola Plutarchi verba per se spectemus. Atque mirum est, quod scriptor auctorem nominat, neque incerta voce φασὶ vel λέγεται utitur. Si Cluvius primarius eius fuit fons, hoc nullo modo potest explicari. Ergo ex Cluvio hoc in narrationis tenorem inseruit. Sed dubitari licet, utrum ipse Cluvium inspexerit, an ex alio scriptore eius testimonium transscripserit. Ac mihi quidem hoc veri similius videtur. Etiamsi Plutarchus Cluvium omnino legerit et aliis locis aliqua ex eo ipso mutuatus sit, tamen hoc loco alium fontem inspexisse videtur, ubi Cluvius iam fuerit nominatus. Quanquam non ignoro hoc nequanquam esse certum.

Digitized by Google

Omnino in fontibus investigandis non eam quam aliis in rebus fidem adsequi possumus. Res est una omnium contortissima et incertissima, in qua permulta arbitrio permissa sint. Sane a canone Nisseniano si proficiscamur, de cuiusvis scriptoris fontibus certissima proponere facillimum sit, sed illo fundamento usi mox in incerta delabimur neque disciplinam philologicam vere adiuvamus. Atque Plutarchum quidem auctores suos multo saepius contaminasse tenendum est, quam adhuc a multis credatur. Homo fuit eruditissimus et scribendi peritissimus.

Digitized by Google

Sententiae controversae.

1. Aesch. Prom. v. 12 σφῷν vertendum est ‚vestro iudicio‘ vel ‚vestra sententia‘.
2. Plut. Galb. c. 26 ἐπὶ transposuerim ante θέαν.
3. Plut. Oth. c. 10 ἐπὶ τοὺς πολεμίους glossema esse puto.
4. Tac. Agr. c. 16 ‚stetit‘ verbi sistendi perfectum est.
5. Tac. Agr. c. 17 post verba ‚et Cerialis quidem alterius successoris curam famamque obruisset‘ lacuna statuenda est.
6. Rhet. ad Herennium IV, 54, 68 verba ‚modo consul quodam is deinde primus erat civitatis. tum proficiscitur in Asiam, deinde hostis est dictus, post imperator et populi Romani factus est consul‘ (sic apud Kayserum) non ad Sullam sed ad Marium referenda sunt.
7. Iniuria Nipperdey Cluvium Rufum anno 70 p. Ch. mortuum esse contendit.
8. Rectius ii videntur iudicare, qui Taciti Agricolam post Nervae mortem editum esse putant.
9. Mortuus est Otho XV kal. Mai., proelium Bedriacense factum est XVII kal. Mai. a. 69.
10. Tac. hist. II, 11 verba ‚fuere quattuor legiones, e quibus bina milia praemissa; ipsae modicis intervallis sequebantur . . . agmen legionum alae cohortesque praeveniebant‘ Gerstenecker falso interpretatur, quasi una quaeque legio iter ita fecerit, ut vexillum 2000 militum praeiret, alae cohortesque sequerentur, ipsa legio agmen clauderet.

Digitized by Google

Corrigenda.

p.	2	v.	13	supra	pro	summam	legendum	summum
„	6	„	4	infra	„	inserata	„	inserta
„	6	„	5	„	„	cetere	„	cetera
„	12	„	5	supra	„	ubiqumque	„	ubicumque
„	16	„	8	„	„	1 3	„	1—3
„	20	„	12	infra	„	ἕτι	„	ἔτι
„	23	„	1	supra	„	intinere	„	itinere
„	25	„	4	infra	„	ἒλέσθαι	„	ἑλέσθαι
„	53	„	7	„	„	χαλουμένῆ	„	χαλουμένῃ
„	65	„	1	supra		de uberrimo auctore		delendum
„	74	„	5	„	„	ἦμ᾽	„	ἆμ᾽
„	87	„	3	„	„	δὶα	„	διὰ
„	106	„	9	infra	„	explicanum	„	explicandum
„	113	„	12	supra	„	currat	„	curat
„	115	„	11.12	„	„	descricit	„	describit
„	117	„	4	infra	„	et	„	est
„	123	„	13.	supra	„	missos	„	missas
„	124	„	1	infra	„	sollicitudis	„	sollicitudinis
„	128	„	4	„	„	triduendi	„	tribuendi
„	136	„	3	supra	„	suplevisset	„	supplevisset
„	150	„	4	„	„	se	„	de
„	158	„	13	„	„	ladibus	„	laudibus.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

YB 00372

498607

UNIVERSITY OF CALIFORNIA LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google